

B
19
16



00,







OFFICIUM
DEFUNCTORUM
CUM
ANTIPHONIS
IN CANTU



MEDIOLANI (*Milano*)

APUD JACOBUM AGNELLI TYPOGR. ARCHIEPISC.

MDCCCXLIV.

1844

MUSEUM

DEPARTMENTUM

1871

ANTHROPOLOGIS

IN CANTU



HERMANN

UND JACOBUS AGELL TYPOG. ARCHIBUS

HALLE





CAROLUS CAJETANUS

MISERATIONE DIVINA TITULI SANCTI MARCI

S. R. E. PRESBYTER

CARDINALIS DE GAISRUCK

SANCTÆ MEDIOLANENSIS ECCLESIAE ARCHIEPISCOPUS

Universo Clero et Populo Diœcesis

SALUTEM IN DOMINO.

Breviario a Nobis, idibus maiis MDCCCXLI. in lucem emisso decernimus parvum quoque *B. MARIE VIRGINIS* officium, alterumve *PRO DEFUNCTIS* in usum Diœcesis Nostræ edendum plane accommodari. Unamquamque nimirum lectionem in ejusmodi Breviario recensitam jubemus referri in reliqua liturgicæ orationis volumina, vel scriptione, vel typis instauranda. Hæc enim omnia ab illo tantum

*non secus quam a suo fonte, integrâ rigatione
in posterum volumus deducta; uno equidem
ore tum a Clero, tum a populo orandum
et psallendum est Deo.*

Datum Mediolani kalendis Aprilis MDCCCXLIII.

UFFICIO

DEI MORTI

A VESPRO.

Antifona. **Complacébo Domino.**

SALMO 114.

DILEXI, quia audiet Dominus * vocem orationis meæ.

Quia inclinavit aurem suam mihi; * et in diebus meis invocabo eum.

Circumdedérunt me dolores mortis, * pericula inferni invenerunt me.

Tribulationem et dolorem invéni, * et nomen Domini invocabo.

O Domine, libera animam meam. * Miséricors Dominus et justus, et Deus noster miserétur.

Custodiens parvulos Dominus; * humiliatus sum, et salvum me fecit.

Convértere, anima mea, in requiem tuam, * quia Dominus benefécit tibi.

Quia erípuit animam meam de morte, oculos meos a lacrymis, * pedes meos a lapsu.

Complacebo Domino * in regione vivorum.

Antifona. Complacebo Domino in regione vivorum.

Antifona. Heu me!

SALMO 119.

AD Dominum, cum tribularer, clamavi; * et exaudivit me.

Domine, libera animam meam a labiis iniquis * et a lingua dolosa.

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi * ad linguam dolosam?

Sagittæ potentis acutæ * cum carbonibus desolatoriis.

Heu me! quia incolatus meus prolongatus est; * habitare cum habitantibus Cedar.

Multum íncola fuit anima mea. Cum his qui odérunt pacem, eram pacificus; * cum loquébar illis, impugnabant me gratis.

Antifona. Heu me! quod incolatus meus prolongatus est, habitare cum habitantibus Cedar.

Antifona. Dominus custodiat te.

SALMO 120.

LEVAVI oculos meos ad montes, * unde veniet
auxilium mihi.

Auxilium meum a Domino, * qui fecit cælum
et terram.

Non det in commotionem pedem tuum, *
neque dormiet qui custodit te.

Ecce non dormitabit, neque dormiet * qui
custodit Israel.

Dominus custodiat te: Dominus protectio tua *
super manum dexteræ tuæ.

Per diem sol non uret te, * neque luna per
noctem.

Dominus custodiat te ab omni malo, * custo-
diat animam tuam Dominus.

Dominus custodiat intróitum tuum, et éxitum
tuum, * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

Antifona. Dominus custodiat te ab omni malo,
custodiat animam tuam Dominus.

Antifona. Si iniquitates.

SALMO 129.

DE profundis clamavi ad te, Domine; * Do-
mine, exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes * in vocem ora-
tionis meæ.

Si iniquitates observaveris, Domine; * Domine,
quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est; * et propter
nomen tuum sustinui te, Domine.

Sustinuit anima mea in verbo tuo; * spera-
vit anima mea in Domino.

A vigilia matutina usque in noctem * spe-
ret Israel in Domino.

Quia apud Dominum misericordia est, * et
copiosa apud eum redemptio.

Et ipse rédimet Israel * ab omnibus iniqui-
tatibus eorum.

Antifona. Si iniquitates observaveris, Domine;
Domine, quis sustinebit?

Antifona. Opera manuum.

SALMO 137.

CONFITEBOR tibi, Domine, in toto corde meo, *
quia exaudisti omnia verba oris mei.

Et in conspectu Angelorum psallam tibi. Ado-
rabo ad templum sanctum tuum, * et con-
fitebor nomini tuo,

Super misericordiam tuam et veritatem tuam; *
quia magnificasti super omnia nomen san-
ctum tuum.

In quacumque die invocávero te, * cito ex-
audi me.

Multiplicabis me in anima mea * virtute tua.
Confiteantur tibi, Domine, omnes reges terræ, *
quia audierunt omnia verba oris tui.

Et cantent in viis tuis, Domine, * quia magna gloria Domini.

Quoniam excelsus Dominus, et humilia respicit, * et alta a longe agnoscit.

Si ambulávero in medio tribulationis, * vivificabis me.

Super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, * et salvum me fecit dextera tua.

Domine, retribue pro me; Domine, misericordia tua in æternum: * opera manuum tuarum ne despicias.

Antifona. Opera manuum tuarum ne despicias, Domine.

Antifona. Audivi vocem.

CANTICO DELLA B. V. Luc. 1. v. 46.

Questo Cantico non si dice nella Settimana Santa, e nemmeno nei Venerdì di Quaresima.

MAGNIFICAT * anima mea Dominum; Et exultavit spiritus meus * in Deo salutari meo:

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ; * ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna qui potens est, * et sanctum nomen ejus.

Et misericordia ejus a sæculo et in sæculum * super timentes eum.

Fecit potentiam in brachio suo; * dissipavit
superbos mente cordis eorum.

Deposuit potentes de sede, * et exaltavit
humiles.

Esurientes satiavit bonis, * et dívites dimísit
inanes.

Suscépit Israel puerum suum, * memor mi-
sericordiæ suæ;

Sicut locútus est ad patres nostros, * Abraham
et sémini ejus usque in æternum.

Antifona. **A**udivi vocem de cælo dicentem:

Beati mortui, qui in Domino moriuntur.

**Le Preci seguenti si dicono in ginocchioni col
Salmo; nè si muta il numero per un solo
defunto.**

Pater noster. Segreto.

ψ. Et ne nos inducas in tentationem:

℞. Sed libera nos a malo.

ψ. Requiem æternam dona eis, Domine:

℞. Et lux perpetua luceat eis.

ψ. Non intres in iudicium

℞. Cum servis tuis, Domine.

ψ. Ne tradas bestiis animas confitentium tibi.

℞. Animas pauperum tuorum ne obliviscaris
in finem.

ψ. Domine, exaudi orationem nostram:

℞. Et clamor noster ad te perveniat.

ψ. Exsurge, Christe, adjuva nos:

℞. Et libera nos propter nomen tuum.

SALMO 50.

MISERERE mei, Deus, ecc. pag. 33.

ψ. Domine, averte faciem tuam a peccatis nostris:

℞. Et omnes iniquitates nostras dele.

ψ. Domine, exaudi orationem nostram:

℞. Et clamor noster ad te perveniat.

Dal Clero si dice

ψ. Dominus vobiscum:

℞. Et cum spiritu tuo.

**Per le Orazioni secondo l'opportunità,
vedi alla pagina 46. e seg.**

A MATTUTINO.

NOTTURNO PRIMO.

Antifona. Dirige.

SALMO 3.

VERBA mea auribus p̄cipe, Domine; intellige clamorem meum. * Intende voci orationis meæ, Rex meus et Deus meus.

Quoniam ad te orabo, Domine, * mane exaudies vocem meam :

Mane adstabo tibi et videbo, * quoniam non volens Deus iniquitatem tu es.

Non habitabit juxta te malignus, * neque permanebunt iniusti ante oculos tuos.

Odisti omnes qui operantur iniquitatem; * perdes omnes qui loquuntur mendacium :

Virum sanguinum et dolosum * abominabitur Dominus.

Ego autem in multitudine misericordiæ tuæ introibo in domum tuam, * adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

Domine, deduc me in tua justitia: * propter inimicos meos

Dirige in conspectu meo viam tuam. Quoniam non est in ore eorum veritas: * cor eorum vanum est.

Sepulcrum patens est guttur eorum; linguis
suis dolose agebant. * Judica illos, Deus:
Décidant a consiliis suis. Secundum multitu-
dinem impietatum eorum expelle eos, *
quoniam exacerbaverunt te, Domine.

Et lætentur omnes, qui sperant in te: in
æternum exultabunt, * et inhabitabis in eis,
et gloriabuntur in te omnes qui diligunt
nomen tuum.

Quoniam tu benedices Justum: * Domine, ut
scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos.

Antifona. Dirige, Domine Deus meus, in
conspectu meo viam tuam.

Antifona. Convertere.

SALMO 6.

DOMINE, ne in ira tua arguas me, * neque
in furore tuo corripias me.

Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum;
sana me, Domine, quoniam turbata sunt
ossa mea, * et anima mea turbata est valde.

Et tu, Domine, úsquequo?

Convertere, Domine, et éripe animam meam; *
salva me propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte qui memor sit tui; *
in inferno autem quis confitebitur tibi?

Laboravi in gemitu meo; lavabo per singulas
noctes lectum meum, * lacrymis meis stratum
meum rigabo.

Turbatus est præ ira oculus meus; * inveteravi inter omnes inimicos meos.

Discédite a me, omnes qui operamini iniquitatem; * quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.

Exaudivit Dominus deprecationem meam; * Dominus orationem meam suscepit.

Confundantur et conturbentur omnes inimici mei, * avertantur retrorsum et confundantur valde velociter.

Antifona. Convertere, Domine, et éripe animam meam; salvum me fac propter misericordiam tuam.

Antifona. Nequando.

SALMO 7.

DOMINE Deus meus, in te speravi: * salva me ab omnibus persequentibus me, et éripe me. Nequando rapiat ut leo animam meam, * dum non est qui rédimat, neque qui salvum faciat.

Domine Deus meus, si feci istud, si est iniquitas in manibus meis, * si réddidi retribuentibus mihi mala,

Décidam merito ab inimicis meis inanis. Persequátur inimicus animam meam, * et comprehendat et conculcet in terra vitam meam, et gloriam meam in pulverem dedúcat.

Exsurge, Domine, in ira tua, * et exaltare in finibus inimicorum tuorum.

Exsurge, Domine Deus meus, in præcepto quod mandasti. * Et synagoga populorum circumdabit te:

Et propter hanc in altum regrédere. Dominus judicabit populos: * judica me, Domine, secundum justitiam meam, et secundum innocentiam manuum mearum super me.

Consumetur nequitia peccatorum; * et diriges justum,

Scrutans corda et renes Deus. Justum adiutorium meum a Domino, * qui salvos facit rectos corde.

Deus iudex justus, fortis et longánimis, * et non iram addúcens per singulos dies.

Nisi convertamini, gladium suum vibrabit: arcum suum tetendit et paravit illum. * Et in ipso paravit vasa mortis;

Sagittas suas ardentibus effécit. Ecce parturiit injustitiam; * concépit dolorem, et péperit iniquitatem.

Lacum fodit, et effódit eum: * et incidit in foveam quam fecit.

Convertetur dolor ejus in caput ejus, * et in vérticem ejus iniquitas ejus descendet.

Confitebor Domino secundum justitiam ejus, * et psallam nomini Domini altissimi.

Antifona. Nequando rapiat ut leo animam meam: dum non est qui rédimat, neque qui salvum faciat.

LEZIONE I. Job. 7, 16.

PARCE mihi (Domine): nihil enim sunt dies mei. Quid est homo, quia magnificas eum? aut quid appónis erga eum cor tuum? Visitas eum dilúculo, et subito probas illum. Usquequó non parcis mihi, nec dimittis me ut glutiam salivam meam? Peccavi, quid faciam tibi, o custos hominum? Quare posuisti me contrarium tibi, et factus sum mihi metipsi gravis? Cur non tollis peccatum meum, et quare non aufers iniquitatem meam? Ecce nunc in pulvere dormiam: et, si mane me quæsieris, non subsistam.

R). Accepimus bona de manu Domini et gavísumus; quare non et mala sustineamus? Dominus dedit, et Dominus abstulit: ✠ sit nomen Domini benedictum in sæcula.

V. Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, et confirmasti super me manum tuam: ✠ sit nomen Domini benedictum in sæcula.

LEZIONE II. Job. 10, 1.

TÆDET animam meam vitæ meæ: dimittam adversum me eloquium meum, loquar in amaritudine animæ meæ. Dicam Deo: Noli me condemnare; índica mihi, cur me ita judices? Numquid bonum tibi videtur, si

calumniéris me, et opprimas me, opus manuum tuarum, et consilium impiorum adjuves? Numquid oculi cárnei tibi sunt, aut, sicut videt homo, et tu videbis? Numquid, sicut dies hominis, dies tui, et anni tui, sicut humana sunt tempora, ut quæras iniquitatem meam, et peccatum meum scrutéris? Et scias quia nihil impium fécerim; cum sit nemo, qui de manu tua possit erúere.

R). **A**ntequam comedam suspiro, et tamquam inundantis aquæ, sic rugitus meus: quia timor quem timebam événit mihi, et quod verébar áccidit. Nonne dissimulavi? nonne silui? et jam requievi; * et venit super me misericordia tua, Domine.

V). **A**fflictus sum, et humiliatus sum usquequáque; rugiebam a gemitu cordis mei: * et venit super me misericordia tua, Domine.

LEZIONE III.

Job. 10, 3.

MANUS tuæ fecérunt me, et plasmavérunt me totum in circúitu: et sic repente præcípitas me? Memento, quæso, quod sicut lutum féceris me, et in pulverem redúces me. Nonne sicut lac mulsisti me, et sicut caseum me coagulasti? Pelle et carnibus vestisti me; ossibus et nervis compegisti me: vitam et misericordiam tribuisti mihi, et visitatio tua custodivit spiritum meum.

NOTTURNO SECONDO.

Antifona. In loco pascuæ.

SALMO 22.

DOMINUS regit me, et nihil mihi déerit. * In loco pascuæ ibi me collocavit: Super aquam refectionis educavit me. * Animam meam convertens, deduxit me super sémitas justitiæ propter nomen suum. Nam etsi ámbulem in medio umbræ mortis, * non timebo mala, quoniam tu mecum es. Virga tua et báculo tuus, * ipsa me consolata sunt. Parasti in conspectu meo mensam * adversus eos qui tribulant me. Impinguasti in oleo caput meum; * et póculum tuum inébrians quam præclarum est! Et misericordia tua subsequáur me * omnibus diebus vitæ meæ; Et ut inhábitem in domo Domini * in longitudinem diérum.

Antifona. In loco pascuæ ibi me collocavit.

Antifona. Delicta.

SALMO 24.

AD te, Domine, levavi animam meam; * Deus meus, in te confido. Non erubescam;

Neque irrideant me inimici mei. * Étenim universi qui te exspectant, non confundentur:

Confundantur iniqua gerentes supervacue. *
Vias tuas, Domine, notas fac mihi, et sémitas tuas édoce me.

Dirige me in veritate tua, et doce me; * quia tu es Deus salutaris meus, et te sustinui tota die.

Memento miserationum tuarum, Domine, * et misericordiæ tuæ, quæ a sæculo sunt.

Delicta juventutis meæ * et ignorantias meas ne memineris.

Secundum misericordiam tuam memor esto mei, tu propter bonitatem tuam, Domine. *
Dulcis et rectus Dominus:

Propter hoc legem státuet delinquentibus in via. * Diriget mansuetos in iudicio; docébit mites vias suas.

Universæ viæ Domini misericordia et veritas *
requirentibus testamentum ejus et testimonia ejus.

Propter nomen tuum, Domine, propitiáberis peccato meo, * copiosum est enim.

Quis est homo qui timeat Dominum? * legem státuet ei in via quam elégit.

Anima ejus in bonis demorabitur, * et semen ejus hereditabit terram.

Firmamentum est Dominus timentibus eum, *
et testamentum ipsius, ut manifestetur illis.



Oculi mei semper ad Dominum, * quoniam ipse evellet de láqueo pedes meos.

Réspice in me et miserere mei, * quoniam unicus et pauper sum ego.

Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt: * de necessitatibus meis éripe me.

Vide humilitatem meam et labórem meum, * et dimitte omnia peccata mea.

Réspice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt, * et odio iniquo odérunt me.

Custódi animam meam, et éripe me: * non confundar, quoniam speravi in te.

Innocentes et recti adhæsérunt mihi, * quia sustinui te, Domine.

Rédime, Deus, Israel * ab omnibus angustiis ejus.

Antifona. Delicta juvénutis meæ et ignorantias meas ne memíneris.

Antifona. Redemisti.

SALMO 30.

IN te, Domine, speravi; * non confundar in æternum.

In tua justitia libera me * et éripe me.

Inclína ad me aurem tuam; * accélera ut eripias me.

Esto mihi in Deum protectorem et in domum refugii, * ut salvum me facias.

Quia fortitúdo mea et refugium meum es tu; *
et propter nomen tuum educábis me, et
pasces me.

Edúces me de laqueo hoc quem statuérunt
mihi, quoniam tu es protector meus, Do-
mine. * In manus tuas commendo spiritum
meum.

Redemisti me, Domine, Deus veritatis; * odisti
observantes vanitatem supervacue.

Ego autem in Domino sperabo; * exultabo et
lætábor in tua misericordia.

Quoniam respexisti humilitatem meam, * sal-
vam fecisti de necessitatibus animam meam;

Nec conclusisti me in manus inimici: * sta-
tuisti in loco spatioso pedes meos.

Miserere mei, Domine, quoniam tribulor; *
conturbatus est in ira oculus meus, anima
mea et venter meus.

Quoniam defécit in dolore vita mea, * et anni
mei in gemítibus;

Infirmata est in paupertate virtus mea, * et
ossa mea conturbata sunt.

Præ omnibus inimicis meis factus sum op-
probrium vicinis meis nimium, * et timor
notis meis.

Qui videbant me, foras fugiebant a me. Exívi
tamquam mortuus a corde, * et factus sum
sicut vas perditum.

Quoniam audivi vituperationem multorum *
circumhabitantium :

In eo dum convenirent simul adversum me, *
 ut acciperent animam meam consiliati sunt.
 Ego autem in te, Domine, speravi; dixi: Tu
 es Deus meus; * in manibus tuis sortes
 meae.

Libera me de manibus inimicorum meorum *
 et a persequentibus me.

Illumina faciem tuam super servum tuum, *
 et salvum me fac in tua misericordia.

Domine non confundar, * quoniam invocavi te.
 Erubescant impii et deducantur in infernum;
 muta efficiantur labia dolosa, * quae lo-
 quuntur adversus justum iniquitatem, in
 superbia et abusione.

Quam magna multitudo dulcedinis tuae, Do-
 mine, quam abscondisti timentibus te, * et
 perfecisti sperantibus in te,

In conspectu filiorum hominum! * Abscondes
 eos in abdito vultus tui a conturbatione
 hominum:

Proteges eos in tabernaculo tuo * a contra-
 dictione linguarum.

Benedictus Dominus, * quoniam mirificavit
 misericordiam suam in civitate circum-
 stantiae.

Ego autem dixi in pavore meo: * Projectus sum
 a conspectu oculorum tuorum.

Ideo exaudisti, Domine, vocem orationis meae, *
 in eo dum clamarem ad te.

Diligite Dominum omnes sancti ejus, quoniam
veritatem requireret Dominus, * et retribuet
iis qui abundanter faciunt superbiam.

Viriliter ágite, et confortetur cor vestrum, *
omnes qui speratis in Domino.

Antifona. Redemisti me, Domine, Deus ve-
ritatis: in manus tuas commendo spiritum
meum.

LEZIONE IV. Job. 13, 22.

RESPONDE mihi quantas habeo iniquitates et
peccata; scelera mea et delicta ostende mihi.
Cur faciem tuam abscondis, et arbitraris
me inimicum tuum? Contra folium, quod
vento rápitur, ostendis potentiam tuam, et
stípulam siccam perséqueris. Scribis enim
contra me amaritudines, et consúmere me
vis peccatis adolescentiæ meæ. Posuisti in
nervo pedem meum, et observasti omnes
sémitas meas, et vestigia pedum meorum
considerasti: qui quasi putrédo consumen-
dus sum, et quasi vestimentum, quod co-
méditur a tineâ.

R. Indúta est caro mea putredine et sórdibus
pulveris; * cutis mea áruit et contracta est:
memento, Domine, quia ventus est vita mea.

ψ. Quoniam non revertetur oculus meus, ut
videat bona, nec aspíciat me visus hominis:
* cutis mea aruit et contracta est: memento,
Domine, quia ventus est vita mea.

Per un Sacerdote, e nel giorno della Commemorazione di tutti i Defunti.

R. Desiderium meum, Omnipotens, audi, ✠ et tribue mihi auditorem, qui æquitatem proponat contra me, ut perveniat ad victoriam iudicium meum.

V. Deus, in adiutorium meum intende; Domine, ad adjuvandum me festina; ✠ et tribue mihi auditorem, qui æquitatem proponat contra me, ut perveniat ad victoriam iudicium meum.

LEZIONE V. Job. 14, 1.

HOMO natus de muliere, brevi vivens tempore, replétur multis miseriis. Qui quasi flos egréditur et contéritur, et fugit velut umbra, et numquam in eódem statu pérmannet. Et dignum ducis super hujuscémodi aperíre oculos tuos et adducere eum tecum in iudicium? Quis potest facere mundum de immundo conceptum sémine? Nonne tu qui solus es? Breves dies hominis sunt; numerus mensium ejus apud te est; constituisti terminos ejus qui præteríri non póterunt. Recéde páululum ab eo ut quiescat, donec optata veniat, sicut mercenarii, dies ejus.

R. Páucitas dierum meorum finitur brevi: relaxa ergo mihi, Domine; ✠ plangam páu-

lulum dolorem meum, ántequam vadam, et non revertar, ad terram tenebrosam et opertam mortis caligine.

ψ. Domine, exaudi orationem meam, et clamor meus ad te perveniat: ✠ plangam paululum dolorem meum, antequam vadam, et non revertar, ad terram tenebrosam et opertam mortis caligine.

Per un Sacerdote, e nel giorno della Commemorazione di tutti i Defunti.

R). Caligavérunt oculi mei a fletu meo, quia elongavit qui consolabatur me. Videte omnes populi, ✠ si est dolor similis, sicut dolor meus.

ψ. O vos omnes, qui transítis per viam, aspice, et videte, ✠ si est dolor similis sicut dolor meus.

LEZIONE VI. Job. 14, 13.

QUIS mihi hoc tribuat, ut in inferno prótegas me et abscondas me, donec pertranseat furor tuus, et constituas mihi tempus, in quo recordéris mei? Pútasne mortuus homo rursus vivat? Cunctis diebus, quibus nunc milito, exspecto, donec veniat immutatio mea. Vocabis me, et ego respondebo tibi: Operi manuum tuarum pórriges dexteram. Tu quidem gressus meos dinumerasti; sed parce peccatis meis.

NOTTURNO TERZO.

Antifona. Anima autem.

SALMO 34.

JUDICA, Domine, nocentes me; * expugna
impugnantes me;
Apprehende arma et scutum, * et exsurge in
adjutorium mihi;
Effunde frámeam, * et concludé adversus eos
qui me persequuntur.
Dic animæ meæ: * Salus tua ego sum.
Confundantur et revereantur * qui quærent
animam meam.
Avertantur retrorsum et confundantur * qui
cógitant mihi mala.
Fiant tamquam pulvis ante faciem venti, *
et Angelus Domini affligens eos.
Fiant viæ eorum tenebræ et lúbricum, * et
Angelus Domini pérsequens eos;
Quoniam gratis abscondérunt mihi intéritum
laquei sui, * vane exprobravérunt animam
meam.
Veniat illis laqueus, quem ignórant, et captio,
quam occultaverunt, apprehendat eos, * et
in laqueum incidant in idipsum.
Anima autem mea exultabit in Domino, * et
delectabitur super salutare ejus.

Omnia ossa mea dicent: * Domine, quis similis tibi?

Eripiens inopem de manu fortióris ejus, * egénúm et pauperem a diripientibus eum. Assurgentes testes iniqui, * quæ ignorabam, interrogabant me.

Retribuébant mihi mala pro bonis, * sterilitatem animæ meæ.

Ego autem, dum mihi molesti essent, induébam me cilícium, * et humiliabam in jejunió animam meam, et oratio mea in sinum meum convertetur.

Sicut proximum et sicut fratrem nostrum, ita complacébam; * tamquam lugens et contristatus, sic humiliabar.

Adversum me lætati sunt, et convenerunt; * congregata sunt in me flagella, et ignoravérunt.

Dissoluti sunt, nec compuncti sunt; * tentavérunt me et derisérunt me derisu;

Stridérunt in me dentibus suis. * Domine, quando respicies?

Restítue animam meam a malefactis eorum; * libera a leonibus unicam meam.

Confitebor tibi, Domine, in ecclesia magna; * in populo gravi laudabo te.

Non insultent in me qui adversantur mihi inique, * qui odérunt me gratis et annuébant oculis.

Quoniam mihi quidem pacifice loquebantur, * et super iram dolóse cogitabant.

Et dilataverunt in me os suum, dixerunt: *

Euge, euge, viderunt oculi nostri.

Vidisti, Domine; ne sileas: * Domine, ne discédas a me.

Exsurge, Domine, et intende ad iudicium meum; * Deus meus et Dominus meus, in causam meam.

Júdica me, Domine, secundum justitiam tuam; * Domine Deus meus, non insultent in me inimici mei.

Non dicant in cordibus suis: Euge, euge, animæ nostræ; * nec dicant: Absorbúimus eum.

Erubescant et revereantur simul qui gratulantur malis meis; * induantur pudóre et reverentia qui magna loquuntur super me.

Exultent et lætentur qui volunt justitiam meam, * et dicant semper: Magnificetur Dominus, qui volunt pacem servi ejus.

Et lingua mea meditabitur justitiam tuam, * tota die laudem tuam.

Antífona. Anima autem mea exultabit in Domino, et delectabitur super salutare ejus.

Antífona. Complaceat.

SALMO 39.

EXSPECTANS exspectavi Dominum, et respexit me, * et exaudivit deprecationem meam, Et eduxit me de lacu miseræ, * et de luto fæcis.

Státuit supra petram pedes meos, * et direxit
gressus meos;

Et misit in os meum canticum novum, * hym-
num Deo nostro.

Videbunt multi, et timebunt, * et sperabunt
in Domino.

Beatus vir cujus est nomen Domini spes ipsius, *
et non respexit in vanitates et insanias falsas.

Multa fecisti tu, Domine, Deus meus, mira-
bilia tua, * et cogitationibus tuis non est
qui similis sit tibi:

Annunciavi et locútus sum; * multiplicata
sunt super numerum.

Sacrificium et oblationem noluisti; * corpus
autem perfecisti mihi:

Holocausta et pro delicto non postulasti. Tunc
dixi: Ecce venio * (In capite libri scrip-
tum est de me),

Ut faciam voluntatem tuam. Deus meus, volui; *
et legem tuam in medio ventris mei.

Bene annunciavi justitiam tuam in ecclesia
magna; ecce labia mea non prohibebo: *
Domine, tu cognovisti.

Justitiam tuam non abscondi in corde meo; *
veritatem tuam et salutare tuum dixi.

Non celavi misericordiam tuam * et veritatem
tuam a synagoga multorum.

Tu autem, Domine, ne longe facias misERICOR-
dias tuas a me; * misericordia tua et veritas
tua semper suscipiant me.

Quoniam circumdederunt me mala, quorum non est numerus; comprehenderunt me iniquitates meae, * et non potui ut vidérem. Multiplicatae sunt super capillos capitis mei, * et cor meum dereliquit me.

Compláceat tibi, Domine, ut eripias me; * Domine, in auxilium meum respice.

Confundantur et revereantur simul qui quaerunt animam meam, * ut auferant eam.

Avertantur retrorsum et confundantur * qui volunt mihi mala.

Ferant confestim confusionem suam * qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exultent et lætentur in te omnes qui quaerunt te, Domine; et dicant semper: * Magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.

Ego autem egénus et pauper sum; * Dominus curam habet mei.

Adjutor meus et protector meus es tu; * Deus meus, ne tardáveris.

Antifona. Compláceat tibi, Domine, ut eripias me; Domine, in auxilium meum respice.

Antifona. Sitivit.

SALMO 41.

SICUT cervus desiderat ad fontes aquarum, * ita desiderat anima mea ad te, Deus.

Sitívit anima mea ad Deum fortem, vivum: * quando veniam et apparebo ante faciem Dei?

Fuérunt mihi lacrymæ meæ panis die ac nocte, * dum dicitur mihi quotidie: Ubi est Deus tuus?

Hæc memoratus sum, et effúdi in me animam meam; * quoniam ingrediar in locum tabernaculi admirabilis, usque ad domum Dei, In voce exultationis et confessionis, * sonus epulantis.

Quare tristis es, anima mea? * et quare conturbas me?

Spera in Deum, quoniam confitebor illi; * salutare vultus mei et Deus meus.

Ad me ipsum anima mea turbata est; propterea memor ero tui, Domine, de terra Jordanis * et Hermoniim, a monte modico.

Abyssus abyssum ínvocat * in voce cataractarum tuarum.

Omnia excelsa tua * et fluctus tui super me transiérunt.

In die mandavit Dominus misericordiam suam, * et nocte canticum ejus apud me:

Apud me oratio Deo, vitæ meæ. * Dicam Deo: Susceptor meus es, quare me oblítus es?

Quare tristis incédo, dum affligit me inimicus? *

Dum confringuntur ossa mea, exprobravérunt me inimici mei,

Dum ipsi dicerent mihi per singulos dies: * Ubi est Deus tuus?

Quare tristis es, anima mea? * et quare conturbas me?

Spera in Deum, quoniam confitebor illi: *
salutare vultus mei et Deus meus.

Antifona. Sitivit anima mea ad Deum fortem,
vivum: quando veniam et apparebo ante
faciem Dei?

LEZIONE VII. Job. 17, 1.

SPIRITUS meus attenuabitur, dies mei brevian-
buntur, et solam mihi súperest sepulcrum.
Non peccavi, et in amaritudínibus moratur
oculus meus. Libera me, Domine, et pone
me juxta te; et cújúsvis manus pugnet contra
me. Dies mei transiérunt, cogitationes meæ
dissipatæ sunt, torquentes cor meum. Noc-
tem vertérunt in diem; et rursum post té-
nebras spero lucem. Si sustinúero, infernus
domus mea est; et in ténebris stravi léc-
tulum meum. Putrédini dixi: Pater meus
es; mater mea et soror mea vermibus. Ubi
est ergo nunc præstolatio mea? et patien-
tiam meam quis considerat?

R. Libera me, Domine Deus, in die illa tre-
menda judicii; * quando Angeli ófferent
tibi chirógrapha peccatorum hominum.

V. Miserere mei, Deus, miserere mei; quoniam
in te confidit anima mea; * quando Angeli
ófferent tibi chirographa peccatorum ho-
minum.

LEZIONE VIII. Job. 19, 20.

PELLI meæ, consumptis carnibus, adhæsit os meum, et derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos, amici mei; quia manus Domini tetigit me. Quare persequimini me, sicut Deus, et carnibus meis saturamini? Quis mihi tribuat ut scribantur sermones mei? Quis mihi det ut exarentur in libro, stylo ferreo et plumbi lamina, vel celte sculpantur in silice? Scio enim quod Redemptor meus vivit, et in novissimo die de terra surrecturus sum; et rursus circumdabor pelle mea, et in carne mea videbo Deum meum: quem visurus sum ego ipse, et oculi mei conspecturi sunt, et non alius. Reposita est hæc spes mea in sinu meo.

R. Non timebis, anima, quia Christus passus est, ✠ per cujus passionem nos redempti sumus.

V. Dominus custodiat te ab omni malo, custodiat animam tuam Dominus, ✠ per cujus passionem nos redempti sumus.



LEZIONE IX. '2 Mach. 12, 43.

IN diebus illis, vir fortissimus Judas, facta collatione, duodecim millia drachmas argenti misit Jerosolymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificium, bene et religiose de resurrectione cogitans (nisi enim eos qui ceciderant, resurrecturos speraret, superfluum videretur et vanum orare pro mortuis): et quia considerabat quod hi, qui cum pietate dormitionem accéperant, optimam habérent repositam gratiam. Sancta ergo et salúbris est cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis solvantur.

ALLE LAUDI.

Antifona. In iniquitatibus.

SALMO 30.

MISERERE mei, Deus, * secundum magnam misericordiam tuam:

Et secundum multitudinem miserationum tuarum * dele iniquitatem meam.

Et multum lava me ab injustitia mea, * et a delicto meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego agnosco, * et delictum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, et malum coram te feci, * ut justificéris in sermonibus tuis, et vincas cum judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, * et in delictis péperit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti; * incerta et occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, et mundabor; * lavabis me, et super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium et lætitiã; * et exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis, * et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus; * et spiritum rectum ínnova in visceribus meis.

Ne projicias me a facie tua, * et Spiritum
Sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi lætitiã salutaris tui, * et spiritu
principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas, * et impii ad te
convertentur.

Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis
meæ; * et exultabit lingua mea justitiã
tuam.

Domine, labia mea aperies, * et os meum
annunciabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem
utique; * holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus, * cor
contritum et humiliatum Deus non spernit.

Benigne fac, Domine, in bona voluntate tua
Sion, * ut ædificentur muri Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, oblatio-
nes et holocausta; * tunc imponent super
altare tuum vitulos.

Antifona. In iniquitatibus conceptus sum:
peccavi coram te, Domine, miserere mei.

Antifona. Exaudi.

SALMO 64.

TE decet hymnus, Deus, in Sion, * et tibi
reddetur votum in Jerusalem.

Exaudi orationem meam; * ad te omnis caro
veniet.

Verba iniquorum prævaluérunt super nos; *
et impietatibus nostris tu propitiáberis.

Beatus quem elegisti et assumpsisti; * inhabi-
tabit in atriis tuis.

Replebimur in bonis domus tuæ: * sanctum
est templum tuum, mirabile in æquitate.

Exaudi nos, Deus salutaris noster, * spes
omnium finium terræ et in mari longe.

Præparans montes in virtute tua, * accinctus
potentia;

Qui conturbas fundum maris: * sonum fluc-
tuum ejus quis sustinebit?

Turbabuntur gentes, * et timebunt qui habi-
tant fines terræ, a signis tuis.

Éxitus matutini et vespere delectabis; visi-
tasti terram et inebriasti eam; * multipli-
casti locupletare eam.

Flumen Dei repletum est aqua; parasti cibum
illorum, * quia ita est præparatio tua.

Rivos ejus inebrians, * multiplica generatio-
nes ejus:

In stillicidiis suis lætabitur cum exoriétur. *

Benedices coronam anni benignitatis tuæ;
et campi tui replebuntur ubertate.

Pinguescent fines deserti, * et exultatione col-
les accingentur.

Indúti sunt arietes ovium, et convalles abun-
dabunt frumento; * étenim clamabunt et
hymnum dicent.

Antifona. Exaudi orationem meam, Domine:
ad te omnis caro veniet.

Antifona. Me autem suscepit.

SALMO 62.

DEUS, Deus meus, ad te de luce vigilo: *
 sitivit in te anima mea.
 Quam multipliciter tibi et caro mea! * In terra
 deserta, in invio et inaquoso,
 Sic in sancto, apparui tibi, * ut vidérem vir-
 tutem tuam et gloriam tuam.
 Quia melior est misericordia tua super vitas, *
 labia mea laudabunt te.
 Sic benedicam te in vita mea, * et in nomine
 tuo levabo manus meas.
 Sicut adipe et pinguedine repleatur anima
 mea; * et labia exultationis laudabunt no-
 men tuum.
 Si memor fui tui super stratum meum, in
 matutinis meditabor in te, * quia factus es
 adjutor meus;
 Et in velamento alarum tuarum exultabo.
 Adhæsit anima mea post te; * me autem
 suscepit dextera tua.
 Ipsi vero in vanum quæsiérunt animam meam,
 introibunt in inferiora terræ; * tradentur
 in manus gladii; partes vulpium erunt.
 Rex vero lætabitur in Deo, et laudabuntur
 omnes qui jurant in eo, * quia obstructum
 est os loquentium iniqua.

SALMO 66.

DEUS misereatur nobis, et benedicat nos; *
illuminet vultum suum super nos, et mi-
sereatur nobis;

Ut cognoscámus in terra viam tuam, * in om-
nibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi, Deus, * confiteantur
tibi populi omnes.

Lætentur et exultent gentes, quoniam judica-
bis populos in æquitate, * et gentes in
terra diriges.

Confiteantur tibi populi, Deus, * confiteantur
tibi populi omnes.

Terra dedit fructum suum. Benedicat nos Deus,
Deus noster, * benedicat nos Deus, et mé-
tuant eum omnes fines terræ.

Antifona. Me autem suscepit dextera tua, Do-
mine.

Antifona. A porta inferi.

CANTICO DI GIONA.

Cap. 2:

CLAMAVI ad Dominum Deum meum * in tri-
bulatione mea,

Et exaudivit de ventre inferni clamorem
meum; * et exaudisti vocem meam.

Projecisti me in altitudinem cordis maris, *
et flúmina me circumdedérunt.

Omnes altitudines tuæ et fluctus tui * super
me transierunt.

Et ego dixi: Expulsus sum ab oculis tuis, *
forsitan adjiciam ut respiciam ad templum
sanctum tuum.

Circumfusa est mihi aqua usque ad animam
meam, * abyssus circumvit me.

Postrimum est caput meum in scissuris mon-
tium; * descendi in terram, cujus vectes
sunt continentes æterni.

Et ascendat de corruptione vita mea * ad te,
Domine Deus meus.

In hoc quod defecit anima mea a me, * Do-
mini memoratus sum:

Et veniat oratio mea ad templum sanctum
tuum. * Observantes vana et falsa, mise-
ricordiam suam dereliquerunt:

Ego autem cum voce confessionis et suppli-
cationis * immolabo tibi:

Quæcumque vovi, * reddam tibi, Salvatori
meo, Domino.

Antifona. A porta inferi erue, Domine, animas
eorum.

Antifona. Omnis spiritus.

SALMO 148.

LAUDATE Dominum de cælis, * laudate eum
in excelsis.

Laudate eum, omnes Angeli ejus; * laudate
eum, omnes Virtutes ejus.

Laudate eum, sol et luna; * laudate eum,
omnes stellæ et lumen.

Laudate eum, cæli cælorum; * et aquæ omnes
quæ super cælos sunt, laudent nomen Do-
mini:

Quia ipse dixit, et facta sunt; * ipse manda-
vit, et creata sunt.

Státuit ea in æternum et in sæculum sæculi; *
præceptum pòsuit, et non præteribit.

Laudate Dominum de terra, * dracones et om-
nes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies, * spiritus procellæ,
qui faciunt verbum ejus;

Montes et omnes colles, * ligna fructifera et
omnes cedri;

Bestiæ et omnia jumenta, * serpentes et vól-
ucres pennatæ;

Reges terræ et omnes populi, * principes et
omnes iudices terræ;

Júvenes et virgines, senióres cum junioribus *
laudent nomen Domini.

Quia exaltatum est nomen ejus solius; con-
fessio ejus super cælum et terram, * et
exaltabit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sanctis ejus, * filiis Israel,
populo appropinquantí sibi.

SALMO 149.

CANTATE Domino canticum novum: * laudatio
 ejus in ecclesia sanctorum.
 Lætetur Israel in eo qui fecit ipsum, * et filiæ
 Sion exultent super regem suum.
 Laudent nomen ejus in choro, * in tympano
 et psalterio psallant ei.
 Quia beneplacitum est Domino in populo suo; *
 et exaltabit mansuetos in salutem.
 Exultabunt sancti in gloria, * lætabuntur in
 cubilibus suis.
 Exaltationes Dei in faucibus eorum, * et gladii
 bis acuti in manibus eorum;
 Ad faciendam vindictam in nationibus, * in-
 crepationes et in populis;
 Ad alligandos reges eorum in compedibus, *
 et nobiles eorum in vinculis férreis;
 Ut faciant in eis iudicium conscriptum. * Glo-
 ria hæc est omnibus sanctis ejus.

SALMO 150.

LAUDATE Deum in sanctis ejus, * laudate eum
 in firmamento virtutis ejus.
 Laudate eum in potentatibus ejus, * laudate eum
 secundum multitudinem magnitudinis ejus.
 Laudate eum in sono tubæ, * laudate eum
 in psalterio et cithara.

Laudate eum in tympano et choro, * laudate eum in chordis et organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus, laudate eum in cymbalis jubilationis. * Omnis spiritus laudet Dominum.

Antifona. Omnis spiritus laudet Dominum.

Antifona. Ego sum resurrectio.

CANTICO DI ZACCARIA.

LUC. 1.

Questo Cantico non si dice nella Settimana Santa, e nemmeno nei Venerdì di Quaresima.

BENEDICTUS Dominus Deus Israel, * quia visitavit et fecit redemptionem plebis suæ; Et erexit nobis cornu salutis, * in domo David, pueri sui:

Sicut locutus est per os sanctorum prophetarum suorum, * qui ab ævo sunt:

Dare salutare de inimicis nostris, * et de manu omnium qui odérunt nos:

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris, * et memorare testamenti sancti sui.

Jusjurandum quod juravit ad Abraham, patrem nostrum, datúrum se nobis; * ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati,

Serviamus illi in sanctitate et justitia, * coram ipso omnibus diebus nostris.

Et tu, puer, Propheta Altissimi vocaberis; *
 præibis enim ante faciem Domini parare
 vias ejus:

Ad dandam scientiam salutis plebi ejus, * in
 remissionem peccatorum eorum.

Per viscera misericordiae Dei nostri, * in qui-
 bus visitavit nos Oriens ex alto;

Illuminare eos qui in tenebris et umbra mor-
 tis sedent, * ad dirigendos pedes nostros
 in viam pacis.

Antifona. Ego sum resurrectio et vita. Qui
 credit in me, etiam si mortuus fuerit, vi-
 vet; et omnis qui vivit et credit in me, non
 morietur in æternum: dicit Dominus.

**Le Preci seguenti col Salmo si dicono in
 ginocchioni.**

Pater noster. Segreto.

✠. Et ne nos inducas in tentationem:

℞. Sed libera nos a malo.

✠. Requiem æternam dona eis, Domine:

℞. Et lux perpetua luceat eis.

✠. Non intres in iudicium

℞. Cum servis tuis, Domine.

✠. Ne tradas bestiis animas confitentium tibi:

℞. Animas pauperum tuorum ne obliviscaris
 in finem.

✠. Domine, exaudi orationem nostram:

℞. Et clamor noster ad te perveniat.

✠. Exsurge, Christe, adjuva nos:

℞. Et libera nos propter nomen tuum.

SALMO DIRETTO 142.

DOMINE, exaudi orationem meam, * áuribus
pércepe deprecationem meam in veritate tua.
Exaudi me in tua justitia, * et non intres in
judicium cum servo tuo;
Quoniam non justificabitur in conspectu tuo *
omnis vivens.
Quia persecútus est inimicus animam meam, *
humiliavit in terra vitam meam;
Collocavit me in ténebris sicut mortuos æterni.*
Et anxiatus est super me spiritus meus;
In me conturbatum est cor meum. Memora-
tus sum dierum antiquorum, * et medita-
tus sum in omnibus opéribus tuis, et in
factis manuum tuarum meditabor.
Expandi manus meas ad te: * anima mea
sicut terra sine aqua tibi.
Velociter exaudi me, Domine: * defécit spiritus
meus.
Ne avertas faciem tuam a me; * et ero si-
milis descendentibus in lacum.
Auditam mihi fac mane misericordiam tuam, *
quia in te speravi, Domine.
Notam mihi fac, Domine, viam in qua ámbu-
lem, * quoniam ad te levavi animam meam.
Éripe me de inimicis meis, Deus, * quia ad
te confúgi.

Doce me facere voluntatem tuam, * quia tu es Deus meus.

Spiritus tuus bonus * dedúcet me in terram rectam.

Propter nomen tuum, Domine, vivificabis me in tua justitia, * et edúces de tribulatione animam meam;

Et in misericordia tua disperdes inimicos meos, et perdes omnes qui tribulant animam meam, * quia ego servus tuus sum.

✠. Domine, averte faciem tuam a peccatis nostris :

℞. Et omnes iniquitates nostras dele.

✠. Domine, exaudi orationem nostram :

℞. Et clamor noster ad te perveniat.

Dal Clero si dice

✠. Dominus vobiscum:

℞. Et cum spiritu tuo.

ORAZIONI DIVERSE SECONDO L' OPPORTUNITÀ.

Nella conclusione dell' Ufficio quotidiano.

PER I PONTEFICI E PEI SACERDOTI.

DEUS, qui inter apostolicos sacerdotes, famulos tuos pontificali (seu sacerdotali) fecisti dignitate vigére, præsta, quæsumus: ut eorum quoque perpetuo aggregentur consortio.

PER I FRATELLI E BENEFATTORI.

DEUS, veniæ largitor et humanæ salutis amator, quæsumus clementiam tuam: ut nostræ congregationis fratres, sorores, propinquos et benefactores nostros, qui ex hoc sæculo transierunt, beata Maria semper Virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis consortium pervenire concedas.

PER PIU' DEFUNTI. *

PRÆSTA, quæsumus, Domine, animabus famulorum famularumque tuarum misericordiam sempiternam: ut mortalitatis nexibus expeditas lux eas æterna possideat. Per Dominum nostrum etc.

R). Amen.

V). Requiem æternam dona eis, Domine:

R). Et lux perpetua luceat eis.

V). Animæ istorum et omnium fidelium defunctorum per Dei misericordiam requiescant in pace.

R). Amen.

* Questa Orazione dicesi anche sola per l'ufficio di più defunti.

Nel Giorno della Commemorazione

DI TUTTI I FEDELI DEFUNTI.

FIDELIUM Deus omnium Cónditor et Redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum, ut indulgentiam, quam semper optavérunt, piis supplicationibus consequantur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia sæcula sæculorum.

Rj. Amen.

ψ. Requiem æternam dona eis, Domine:

Rj. Et lux perpetua luceat eis.

ψ. Animæ omnium fidelium defunctorum per Dei misericordiam requiescant in pace.

Rj. Amen.

Le seguenti Orazioni si dicono a piacimento, e l'ultima solamente, per quante se ne dicano, si termina: Per Dominum nostrum etc. con versicoli e responsorj come sopra.

PER UN SOMMO PONTEFICE.

DEUS, qui inter Summos Sacerdotes famulum tuum N. ineffabili tua dispositione connumerari voluisti, præsta, quæsumus: ut, qui Unigeniti Filii tui vices in terris gerebat,

Sanctorum tuorum Pontificum consortio perpetuo aggregetur. Per Dominum etc.

℣. Requiem æternam dona ei, Domine.

℞. Et lux perpetua luceat ei.

℣. Anima istius Summi Pontificis, et animæ omnium fidelium defunctor. etc. ℞. Amen.

PER UN ARCIVESCOVO, O PER UN VESCOVO.

DEUS, qui inter apostolicos sacerdotes famulum tuum **N.** pontificali fecisti dignitate vigere, præsta, quæsumus: ut eorum quoque perpetuo aggregetur consortio. Per Dominum etc.

℣. Requiem æternam dona ei, Domine.

℞. Et lux perpetua luceat ei.

℣. Anima istius Pontificis, et animæ etc.

PER PIU' SACERDOTI.

DEUS infinitæ misericordiæ, suscipe pro animabus famulorum et sacerdotum tuorum preces nostras: et lucis eis lætitiæque in regione Sanctorum tuorum societatem concede. Per Dominum etc.

PER UN SACERDOTE O CHIERICO.

DA nobis quæsumus, Domine, ut animam famuli tui Sacerdotis, (**vel** Clerici), quam

de sæculi eduxisti laborioso certamine,
Sanctorum tuorum cætui tribuas esse con-
sortem. Per Dominum etc.

NEL GIORNO DELLA SEPOLTURA D' UN DEFUNTO.

ABSOLVE, quæsumus, Domine, animam famuli
tui **N.**, ut defunctus sæculo tibi vivat: et
quæ per fragilitatem carnis humana con-
versatione commisit, tu venia misericordis-
simæ pietatis absterge. Per Dominum etc.

NEL GIORNO 3.º, o 7.º, o 30.º, o 100.º

QUÆSUMUS, Domine, famulo tuo, cujus Tertium
(**vel** Septimum, **vel** Trigesimum, **vel** Cen-
tesimum) óbitus sui diem commemoramus,
Sanctorum tuorum largire consortium: et
rorem misericordiæ tuæ perennis infunde.
Per Dominum nostrum etc.

NELL' ANNIVERSARIO D' UN SOLO DEFUNTO.

ADESTO, quæsumus, Domine, supplicationibus
nostris, quibus misericordiam tuam suppli-
citer deprecamur pro anima famuli tui **N.**,
cujus hodie annua dies ágitur: ut eam
mortalitatis nexibus absolutam, inter san-
ctos et electos tuos perpetuam júbeas ha-
bére portionem. Per Dominum etc.

NELL' ANNIVERSARIO DI PIU' DEFUNTI.

DEUS indulgentiarum Domine, animabus famulorum, famularumque tuarum, quorum anniversarium depositionis diem commemoramus: da, quæsumus, refrigerii sedem, quietis beatitudinem, et luminis claritatem. Per Dominum etc.

PER IL PADRE E LA MADRE.

DEUS, qui nos patrem et matrem honorare præcepisti, miserere clementer animabus patris et matris meæ, eorumque peccata dimitte: meque eos in æternæ claritatis gaudio fac videre. Per Dominum etc.

Se l' Orazione fosse per il padre soltanto, o per la madre, invece di animabus patris et matris meæ, si dirà animæ patris mei, o animæ matris meæ, ejusque peccata dimitte: meque eum o eam etc.

PER UN SOLO DEFUNTO.

INCLINA, Domine, aurem tuam ad preces nostras, quibus misericordiam tuam suppliciter deprecamur: ut animam famuli tui **N.**, quam de hoc sæculo migrare jussisti, in pacis ac lucis regione constituas, ac San-

ctorum tuorum jubeas esse consortem. Per
Dominum etc.

ALTRA PER UN SOLO DEFUNTO.

OMNIPOTENS sempiternæ Deus, cui numquam
sine spe misericordiæ supplicatur, propi-
tiate animæ famuli tui: ut qui de hac vita
in tui nominis confessione discessit, Sancto-
rum tuorum numero facias aggregari. Per
Dominum etc.

NEI CIMITERI, E PER TUTTI I DEFUNTI.

DEUS, cujus miseratione animæ fidelium re-
quiescunt, famulis et famulabus tuis, omni-
bus hic et ubique in Christo quiescentibus,
da propitius veniam peccatorum: ut a
cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine
lætentur. Per eundem Dominum etc.

MESSA DEI MORTI

AL PRINCIPIO.

REQUIEM æternam dona eis (**vel** ei), Domine:
et lux perpetua luceat eis (**vel** ei).

ŷ. Te decet hymnus Deus, in Sion; et tibi
reddetur votum in Jerusalem.

Exaudi orationem meam, Domine; ad te omnis
caro veniet.

* **R**equiem æternam etc.

LEZIONE NELLA MESSA D'OGNI GIORNO.

Lectio Libri Apocalypsis B. Joannis Apostoli.

In diebus illis. Audivi vocem de cælo di-
centem mihi: Scribe: Beati mortui, qui in
Domino moriuntur. Amodo jam dicit spi-
ritus, ut requiescant a laboribus suis, opera
enim illorum sequuntur illos.

Quando nella Messa vi sia oltre la Lezione
anche l'Epistola, allora subito dopo la Le-
zione si dirà:

R. Qui suscitasti Lazarum quatruiduanum fœ-
tidum, * Tu dona eis (**vel** ei) requiem, et
locum indulgentiæ.

ŷ. **R**equiem æternam dona eis (**vel** ei), Do-
mine, et lux perpetua luceat eis (**vel** ei).

* Tu dona etc.

Nella Messa poi per un defunto Sacerdote
si dirà invece:

- R). De profundis clamavi ad te, Domine; ✠ Domine, exaudi orationem meam.
V). Quia apud te propitiatio est, et propter legem tuam sustinui te, Domine; ✠ Domine, exaudi etc.

CANTO DOPO LA LEZIONE O L' EPISTOLA.

Domine, exaudi orationem nostram.

ANTIFONA DOPO L' EVANGELIO.

Requiem sanctam dona eis, Domine: et lux misericordiae luceat eis.

OFFERTORIO.

Domine Jesu Christe, Rex gloriae, libera animas omnium fidelium defunctorum de poenis Inferni, et de profundo lacu, libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, ne cadant in obscurum, sed signifer sanctus Michael representet eas in lucem sanctam, ✠ quam olim Abrahamae promisisti, et semini ejus.

V). Hostias et preces tibi, Domine, laudis offerimus: tu suscipe pro animabus istis, quarum hodie memoriam facimus; fac eas, Domine, de morte transire ad vitam aeternam: ✠ quam olim etc.

Se per un solo defunto, in luogo di animabus istis etc. si dirà anima istius, cujus etc. fac eam etc.

ALTRO OFFERTORIO

Da dirsi solamente nel giorno anniversario d'un solo defunto, e nelle Messe quotidiane di molti defunti, e Confratelli.

Libera me, Domine Deus, in die illa tremenda iudicii: ✠ quando Angeli offerent tibi chi-rographa peccatorum hominum.

✠. Miserere mei, Deus, miserere mei, quoniam in te confidit anima mea: ✠ quando Angeli etc.

SANCTUS.

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sa-baoth. Pleni sunt cæli et terra gloria tua. Osanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine Domini. Osanna in excelsis.

CONFRATTORIO.

Audivi vócem de cælo dicentem: Beati mortui, qui in Domino moriuntur.

AGNUS DEI.


Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona eis requiem.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona eis requiem.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona eis requiem sempiternam, et locum indulgentiæ cum Sanctis tuis in gloria.

TRANSITORIO.

Ego sum resurrectio et vita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet: et omnis qui vivit, et credit in me, non morietur in æternum, dicit Dominus.



Finita la Messa, se deve si fare l'Assoluzione al Feretro, si canteranno le seguenti

ANTIFONE.

USQUE in vita mea laudavi te, Domine: da requiem mihi cum Sanctis tuis in regione vivorum, et salva me.

Memorare, Domine, quæ sit mea substantia: quis est homo, qui vivit, et non videbit mortem?

Adhæsit pavimento anima mea: vivifica me, Domine, secundum verbum tuum:

Portio mea in terra viventium: me exspectant justi, donec retribuas mihi.

Vide, Domine, humilitatem meam: et dimitte omnia peccata mea.

Tu jussisti nasci me, Domine: et promisisti, ut resurgerem.

Jussione tua venio, Sanctissime: ne derelinquas me, quia pius es.

Credo quod Dominus non me derelinquet, nec condemnabit me, cum venerit ad judicandum.

Sed miserebitur mei Redemptor meus, pius Deus.

Etenim pauci fuerunt dies mei: da mihi requiem cum Sanctis tuis, Domine.

ANTIFONA PEI VESCOVI, SACERDOTI E DIACONI.

In Paradisum deducant te (*vel* vos) Angeli, et cum gaudio suscipiant te (*vel* vos) Sancti Martyres Dei. Tu es Dominus protector meus; in manus tuas, Domine, commendo spiritum meum.

ANTIFONA DUPLA DAL DIACONO.

Redemptor meus vivit, et in novissimo me renovabit.

Renovabuntur denuo ossa mea, et in carne mea videbo Dominum Deum.

SALMO 50.

MISERERE mei Deus etc. pag. 35.

Incominciato il Salmo Miserere e levatisi tutti in piedi, scoperti il capo, il Celebrante infonde l'incenso nel turibolo senza benedizione; amministrandosi la navicella dal Diacono; indi sedono tutti, finchè si incominci il versetto **Asperges me etc.**, ed allora il Celebrante prende l'aspersorio dalle mani dell'Accolito, fa l'inchino verso la Croce, e accompagnato almeno da un Accolito che

colla sinistra mano gli sostenga la fimbria della parte destra del Pluviale e tenga colla destra il vaso dell'acqua benedetta, aspergerà tre volte per parte i due fianchi del tumulo, e passando avanti l'Altare, ove siavi il SS. Sacramento, farà la genuflessione. In seguito al Celebrante verrà il Diacono col turibolo incensando tre volte per parte i due fianchi del tumulo: poscia ritornano a sedere come prima. Finito il Salmo e ripetuta l'Antifona **Redemptor etc.** pag. 57., si levano tutti in piedi, ed il Celebrante dice:
 ✠. **Dominus vobiscum.** R). **Et cum spiritu tuo.**
 coll'Orazione secondo l'opportunità, pag. 46. e seguenti.

RESPONSORIO DAL LETTORE.

Qui suscitasti Lazarum etc. pag. 53.

RESPONSORIO

Nel giorno di tutti i Fedeli Defunti, e nell'ufficio per un Papa, o per un Vescovo.

Rogamus te, Domine Deus, quia peccavimus tibi; veniam petimus, quam non meremur.
 ✠ **Manum tuam porrige lapsis, qui latroni confitenti paradisi januas aperuisti.**
 ✠ **Vita nostra in dolore suspirat, et in opere non se emendat: si exspectas, non corripi-mur, et si vindicas, non duramus.** ✠ **Ma-num etc.**

Finito il Responorio dicesi :

ψ. In manus tuas, Domine, * commendo spiritum meum.

ψ. In te, Domine, speravi ; non confundar in aeternum: * commendo etc.

Seguono le Litanie, da dirsi in ginocchioni, intonate da due Cantori, o dallo stesso Celebrante.

LITANIE DEI SANTI.

D OMINE, miserere.	Sancte Petre, intercede
Domine, miserere.	Sancte Paule, intercede
Domine, miserere.	Sancte Andrea, interc.
Domine, miserere.	Sancte Stephane, int.
Domine, miserere.	Sancte Laurenti, int.
Domine, miserere.	Sancte Vincenti, interc.
Christe, libera nos.	Sancte Nazari, interc.
Salvator, libera nos.	Sancte Celse, interc.
Christe, libera nos.	Sancte Protasi, interc.
Salvator, libera nos.	Sancte Gervasi, interc.
Christe, libera nos.	Sancte Georgi, interc.
Salvator, libera nos.	Sancte Sebastiane, int.
Sancta MARIA, intercede	Sancta Thecla, interc.
pro eis, (vel pro eo,	Sancta Catharina, int.
vel pro ea.)	Sancta Lucia, interc.
Sancte Michael, interc.	Sancta Apollonia, int.
Sancte Gabriel, interc.	Sancta Agnes, interc.
Sancte Raphael, interc.	Sancta Euphemia, int.
Sancte Joannes, interc.	Sancta Cæcilia, interc.


S ancta Ursula, interc.	E xaudi, Christe,
S ancta Martha, interc.	R . Voces nostras.
S ancta Maria Magd., int.	E xaudi, Christe,
S ancta Anna, interc.	R . Voces nostras.
S ancte Joseph, interc.	E xaudi, Christe,
S ancte Dionysi, interc.	R . Voces nostras.
S ancte Simpliciane, int.	E xaudi, Deus,
S ancte Eustorgi, interc.	R . Et miserere nobis.
S ancte Gregori, interc.	E xaudi, Deus,
S ancte Augustine, int.	R . Et miserere nobis.
S ancte Hieronyme, int.	E xaudi, Deus,
S ancte Antoni, interc.	R . Et miserere nobis.
S ancte Martine, interc.	K yrie eleison.
S ancte Galdine, interc.	R . Kyrie eleison.
S ancte Carole, interc.	K yrie eleison.
S ancte Ambrosi, interc.	R . Kyrie eleison.
O mnes Sancti, intercede- dite.	K yrie eleison. R . Kyrie eleison.

Finite le Litanie, il Celebrante dice: Requiem
æternam etc. e colla mano destra fa il se-
 gno di Croce verso il Feretro intanto che
 dal coro si risponde: **Et lux perpetua etc.**
 quindi lo stesso Celebrante, non già il Dia-
 cono, soggiunge: **Anima istius o animæ isto-**
rum etc. Se l'Ufficio sarà per un Papa, o
 per un Vescovo, si dirà come nella con-
 chiusione delle Orazioni a pag. 48-49.
 Per ultimo, precedendo la Croce, ritornano
 tutti in Sacristia coll'ordine con cui vennero.


ANTIFONE IN CANTO

AI VESPERI.


ANTIFONA.



Com place bo Do mino




in re gi o ne vi vo rum.




Sal. 114. **D**ilexi, quia. pag. 5.


ANTIFONA.



Heu me, quod in co la tus meus prolongatus




est, ha bi tare cum ha bi tantibus Cedar.




Sal. 119. **A**d Dominum. pag. 6.


ANTIFONA.



Dominus custo di at te ab om ni malo:



custo di at animam tu am Do minus.




Sal. 120. Levavi oculos. pag. 7.

ANTIFONA.



Si iniquita tes observa veris, Do mine;




Domine, quis su stine bit?




Sal. 129. De profundis. pag. 7.

ANTIFONA.



Opera manuum tuarum ne despicias,




Do mine.




Sal. 137. Confitebor. pag. 8.


ANTIFONA.



Audivi vocem de caelo dicentem: Beati



mor tui, qui in Domino moriuntur.




Cant. Magnificat. pag. 9.

RESPONSORJ IN CANTO

A MATTUTINO, DOPO LE LEZIONI.

AL PRIMO NOTTURNO.

Dopo la Lezione I. pag. 16.




r). **A**cce pimus bo na de manu
 Domini, et gavisu sumus,
 qua re non et mala
 sustine a mus? Dominus dedit, et
 Do minus abs tulit: * **S**it nomen
 Do mini benedi ctum




in sæ

cu la.




✧ Quo niam sagittæ tu æ infixæ sunt



mi hi,

et confirmasti su per




me ma


num

tu am. ✧ Sit nomen etc.


Dopo la Lezione II. pag. 17.




✧. Antequam comedam suspi ro,




et tanquam inundantis a quæ, sic



ru gi tus me us; quia timor,




quem timebam, et venit mihi;



et quod vererabar accidit.



Nonne dissimulavi? nonne si-




lu i? et jam requievi; * Et venit super




me misericordia tua, Domine.



* Afflictus sum, et humilitus sum




us que quaere; rugiebam a




gemitu cordis mei. * Et venit etc.

AL SECONDO NOTTURNO.


Dopo la Lezione IV. pag. 23.




R). Indu ta est caro me a




pu tre dine, et sor dibus




pul veris. * Cu tisme a a ru it,




et con tra cta est; me mento,




Domine, qui a ven tus



est vi ta me a.



V. Quoni am non reverte tur o culus




me us, ut vi de at bo na, nec a-
spi ci et me visus ho minis. * Cu tis.


PER UN SACERDOTE.




r. Desideri um me um, Omni potens,
au di; * Et tri bu e
mi hi audi to rem,
qui æquitatem propo nat contra me,
ut perve niat ad victo-
ri am ju di cium me um.



† De us, in adju tori um me um in te nde:




Do mi ne, ad ad ju van dum me




fe cu sti na. * Et tri bu e etc.


Dopo la Lezione V. pag. 24.




† Pau ci tas di e rum me o rum fini-



tur bre vi; rela xa ergo mi hi,



Do mi ne. * Plangam pau lulum



dolorem me um, ante quam va-



dam, et non revertar, ad ter ram



te nebro sam, et



o pertam mortis ca li gine.



ψ. Do mine, exau di o ra ti onem




me am; et cla mor me us ad




te per ve niat. *Plangam.


PER UN SACERDOTE.




n. Caligaverunt o cu li me i a fle-




tu me o, qui a elonga vit, qui conso-




la ba tur me. Videte omnes




po pu li, * Si est dolor si-



mi lis, sicut do lor me us.



v. O vos omnes, qui transi tis per vi am,



aspici te et vide te, * Si est etc.

AL TERZO NOTTURNO.


Dopo la Lezione VII. pag. 52.

℞. Libera me, Do mine De us,
 in di e illa tremenda ju di-
 ci i. * Quando angeli of ferent
 ti bi chirographa pecca-
 to rum ho minum.
℣. Mi serere me i De us, mi sere re
 me i, quoni am in te confi dit




a nima me a. * Quando etc.


Dopo la Lezione VIII. pag. 53.




R). Non timebis, a nima, qui a Chri-




stus passus est, * Per cu jus




passi o nem nos redempti




su mus.



†. Do minus custodiat te ab om ni




ma lo; custo di at animam




tu am Do minus, * Per cu jus etc.

ANTIFONA IN CANTO


ALLE LAUDI.




E go sum resurrectio et vi ta;




qui cre dit in me, e ti am si mortu us




fu erit, vi vet, et om nis, qui vi vit et




credit in me, non mori e tur in æ ternum,



di cit Do minus.




Cant. Benedictus. pag. 43.




MESSA DEI MORTI

IN CANTO.


AL PRINCIPIO.




Requi em æter nam do na e is,




Do mine: et lux perpe-




tu a lu ce at e is.




† Te decet hymnus De us in Si on, et ti bi



reddetur votum in Jeru salem. Exaudi




ora ti onem me am, Domine; ad te omnis




caro veni et. † Re qui em etc.


SALMELLO. DOPO LA LEZIONE.




Qui su sci tasti La zarum quadridu-




a num foe tidum, * Tu do na ei




re qui em, et locum in dul gen-




ti æ.



*. Re qui em æternam dona e i, Do-




mine: et lux perpe tu a




luce at e i. * Tu do na etc.


SALMELLO DOPO LA LEZIONE, PEI SACERDOTI.



De pro fun dis clama-




vi ad te, Do-




mine: * Do mine, ex-




au di ora ti o nem




me am.




* Qui a apud te propi ti a-



ti o est, et prop ter




le gem tu am



su sti nu i te, Do mine.

* Do mine etc.


DOPO L' EPISTOLA.



Do mine, ex audi ora-

ti o nem nostram.


DOPO IL VANGELO.




Re qui em sanctam dona e is, Do mine:

et lux mi sericordi æ lu ce at e is.


OFFERTORIO:




Do mine Jesu Chri ste, Rex




glo ri æ, li bera a nimas om-



ni um fide li um de fun-




cto rum de pœ nis infer ni, et




de profun do la ci, li bera e as



de o re le o nis, ne ab-



sorbe at e as tar tarus, ne ca dant



in obscu rum, sed si gnifer

sanctus Mi cha el repræsentet e-

as in lu cem sanctam,

* Quam olim Abrahæ pro mi sisti, et

se mini

e jus. ψ . Ho stias et

preces tibi, Domine, laudis


of fe rimus: tu suscipe pro

animabus istis, qua rum ho di e


in obscu rum sed in obser



memori am fa cimus: fac e as, Do mine,



de mor te transi re ad vi tam




æ ter nam, * Quam o lim etc.

ALTRO OFFERTORIO.

Libera me, Domine, etc. pag. 72.


SANCTUS.




Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sa-



ba oth. Pleni sunt cæli et terra glori a tu a.



Osanna in excelsis. Benedictus qui venit in



nomine Domini. Osanna in excel sis.

CONFRACTORIO.




Audivi vocem de cælo dicentem, Be a ti




mor tu i, qui in Domino mo ri untur.


AGNUS DEI.




Agnus De i, qui tollis peccata mundi,



dona e is requi em. Agnus De i, qui tollis




peccata mundi, dona e is requiem. Agnus



De i, qui tollis peccata mundi, dona e is



requi em sempiternam, et locum indulgen-




ti æ cum Sanctis tu is in glori a.


TRANSITORIO. Ego sum resurrect. etc. pag. 74.

DOPO LA MESSA DEI MORTI


ANTIFONE ALLA TOMBA.




Usque in vita me a laudavi te, Do-




mine; da requiem mihi cum Sanctis tuis




in regione vivorum, et salva me.




Memorare, Domine, quæ sit mea




substantia: quis est homo, qui vivit, et




non videbit mortem?




Adhæsit pavimento anima mea,




vivi fica me, Domine, secundum verbum tuum.




Porti o me a in ter ra viven ti um, me ex-




spectant justi, donec retribu as mihi.




Vide, Domine, humili tatem me am, et




dimitte omni a pecca ta me a.




Tu jussisti nasci me, Domine, et promisisti,




ut resur gerem: jussi one tu a veni o, Sanctis-




sime; ne derelinquas me, qui a pi us es.




Credo, quod Do minus non me dere linquet,




nec condemna bit me, cum venerit ad ju-




di candum; sed misere bitur me i Re-



demptor me us, pi us De us.




Etenim pau ci fu e runt di es me i,




da mihi requi em cum Sanctis tu is, Domine.


ANTIFONA PEI VESCOVI, SACERDOTI E DIACONI.




In paradisum deducant te angeli, et cum



gaudio suscipiant te sancti martyres Dei.




Tu es, Domine, protector meus, in ma-




nus tuas, Domine, commendo spiritum meum.


ANTIFONA DUPLA DAL DIACONO.




Redemptor meus vivit, et in novissi-




mo me renovabit.



Renovabuntur denovo ossa mea,



et in carne mea videbo Dominum Deum.



Evovae.


RESPONSORIO DAL LETTORE.

Qui suscitasti Lazarum etc. pag. 76.


RESPONSORIO PER UN PAPA O PER UN VESCOVO,
e nella Commem. dei Fedeli Defunti.




Ro gamus te, Do mine De us,




qui a pec ca vimus ti bi, ve ni



am pe timus quam non




mere mur. * Ma num tu am porrige



la psis, qui la tro ni




confi tenti Pa ra di




si ja nu as ape ru i sti.







†. Vi ta nostra in dolore su spi rat,




et in o pere non se emen dat:




si exspectas, non cor ri pimur, et




si vin dicas, non du ra mus. * Manum.



†. In manus tu as, Domine, * Commendo



spiri tum me um. †. In te, Domine, speravi,



non confundar in æternum. * Commendo etc.

Seguono le Litanie, pag. 59.



ORDO

AD SEPELIENDOS

DEFUNCTOS SÆCULARES

CONGREGATO Clero ubi est Cadaver, Parochus, vel alius Sacerdos, cui spectat, dicit voce alta sed gravi:

✠. Dominus vobiscum: R). Et cum spiritu tuo.

ORATIO.

QUÆSUMUS, Domine, famulo tuo, cujus diem primum obitus commemoramus, sanctorum tuorum largire consortium: et rorem misericordiæ tuæ perennis infunde. Per Dominum etc. R). Amen.

Antiphona dupla.

Tu jussisti nasci etc., ut supra, pag. 84.

PSALMUS 55.

DEUS, in nomine tuo salvum me fac, * et in virtute tua libera me.

Deus, exaudi orationem meam, * auribus percipe verba oris mei.

Quoniam alièni insurrexerunt super me, * et fortes quæsierunt animam meam:

Non proposuerunt Deum ante conspectum suum. * Ecce enim Deus adjuvat me, et Dominus susceptor est animæ meæ.

Averte mala inimicis meis, * et in veritate tua disperde illos.

Voluntarie sacrificabo tibi, * et confitebor nomini tuo, Domine, quoniam bonum est;

Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me, * et super inimicos meos respexit oculus meus.

Repetitur Antiphona, et Sacerdos dicit:

ψ. Dominus vobiscum: R). Et cum spiritu tuo.


ORATIO.

ABSOLVE, Domine, animam famuli tui ab omni vinculo delictorum, ut in resurrectionis gloria inter sanctos et electos tuos resuscitatus respiret. Per Dominum etc. R). Amen.


ψ. Requiem æternam etc. R). Et lux etc.

ψ. Anima istius, et animæ etc. R). Amen.


In via canuntur Antiphonæ seq.




Exal tabo te, Do mine, quoni am




su scepi sti me: educ de infer no




a nimam me am: sal va me, Do-




mine, a descendentibus in lacum.




De ter ra cre a sti me: carnem in-




du isti me: Redemptor meus Chri ste,




resu scita me in novissimo di e.




Dextera tu a, Domine, suscepit me, et di-



sciplina tu a ip sa me do cu it.




Cum Christus apparu e rit vi




ta nostra, tunc appare mihi




cum eo in gloria.




Domine, Domine, quando venero in




judicium tuum: animam in carne




constitutam pollicemur: priusquam dis-



-cussas me, miserere mei.




Domine, mitte angelum tuum



pro teo: protectorem meum, qui me susci-



tet de terræ pul vere, ut possim occurrere



ad resurrecti onem cum Sanctis tu is.

Collocato in Ecclesia Cadavere, legitur Passio:

Matth. c. 26. v. 17.

PRIMA die Azymorum accesserunt discipuli ad Jesum dicentes: Ubi vis parémus tibi comedere Pascha? At Jesus dixit: Ite in civitatem ad quemdam, et dicite ei: Magister dicit: Tempus meum prope est, apud te facio Pascha cum discipulis meis. Et fecerunt discipuli sicut constituit illis Jesus, et paraverunt Pascha. Vespere autem facto, discumbebat cum duódecim discipulis suis. Et edentibus illis, dixit: Amen dico vobis, quia unus vestrum me traditurus est. Et contristati valde, cœpérunt singuli dicere: Numquid ego sum, Domine? At ipse respondens, ait: Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet. Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo: Væ autem homini illi, per quem Filius hominis tradétur. Bonum erat ei, si natus


non fuisset homo ille. Respondens autem Judas, qui tradidit eum, dixit: Numquid ego sum, Rabbi? Ait illi: Tu dixisti. Cœnantibus autem eis, accēpit Jesus panem, et benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, et ait: Accipite, et comedite, hoc est Corpus meum. Et accipiens calicem gratias egit, et dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes: Hic est enim Sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundētur in remissionem peccatorum. Dico autem vobis, non bibam ámodo de hoc genimine vitis usque in diem illum, cum illud bibam vobiscum novum in regno Patris mei. Et hymno dicto, exiērunť in montem Oliveti. Tunc dicit illis Jesus: Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte. Scriptum est enim: Percutiam pastorem, et dispergentur oves gregis. Postquam autem resurrēxero, præcēdam vos in Galilæam. Respondens autem Petrus, ait illi: Etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego numquam scandalizabor. Ait illi Jesus: Amen dico tibi, quia in hac nocte, antequam galus cantet, ter me negabis. Ait illi Petrus: Etiamsi oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter et omnes discipuli dixerunt. Tunc venit Jesus cum illis in villam quæ dicitur Gethsemani, et dixit discipulis suis: Sedēte hic donec vadam illuc, et orem.

Et assumpto Petro, et duobus filiis Zebedæi, coepit contristari, et mœstus esse. Tunc ait illis: Tristis est anima mea usque ad mortem: Sustinete hic, et vigilate mecum. Et progressus pusillum, procidit in faciem suam, orans, et dicens: Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste. Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Et venit ad discipulos suos, et invénit eos dormientes, et dicit Petro: Sic non potuistis una hora vigilare mecum? Vigilate et orate, ne non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Iterum secundo abiit, et oravit, dicens: Pater mi, si non potest hic calix transire nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Et venit iterum, et invénit eos dormientes; erant enim oculi eorum gravati. Et relictis illis, iterum abiit, et oravit tertio, eundem sermonem dicens. Tunc venit ad discipulos suos, et dicit illis: Dormite jam, et requiescite, ecce appropinquavit hora, et Filius hominis tradétur in manus peccatorum. Surgite, eámus; ecce appropinquavit qui me tradet. Adhuc eo loquente, ecce Judas unus de duodecim venit, et cum eo turba multa cum gladiis et fustibus, missi a Principibus Sacerdotum, et Senioribus populi. Qui autem tradidit eum, dedit illis signum, dicens: Quemcumque osculatus fuero, ipse est, te-


nete eum. Et confestim accédens ad Jesum, dixit: Ave, Rabbi; et osculatus est eum. Dixitque illi Jesus: Amice, ad quid venisti? Tunc accesserunt, et manus injecerunt in Jesum, et tenuerunt eum. Et ecce unus ex his, qui erant cum Jesu, extendens manum, exémit gladium suum, et percutiens servum Principis Sacerdotum, amputavit auriculam ejus. Tunc ait illi Jesus: Converte gladium tuum in locum suum; omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. An putas quia non possum rogare Patrem meum, et exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones Angelorum? Quomodo ergo implebuntur scripturæ, quia sic oportet fieri? In illa hora dixit Jesus turbis: Tamquam ad latronem existis cum gladiis et fustibus comprehendere me? Quotidie apud vos sedébam docens in templo: et non me tenuistis. Hoc autem totum factum est, ut adimplerentur scripturæ Prophetarum. Tunc discipuli omnes, relicto eo, fugérunt. At illi tenentes Jesum, duxérunt ad Caipham Principem Sacerdotum, ubi Scribæ et Seniores convénérant. Petrus autem sequebatur eum a longe usque in atrium Principis Sacerdotum, et ingressus intro sedebat cum ministris, ut videret finem. Principes autem Sacerdotum, et omne consilium quærebant falsum testimonium

contra Jesum, ut eum morti traderent; et non inveniunt, cum multi falsi testes accessissent. Novissime autem venerunt duo falsi testes, et dixerunt: Hic dixit, possum destruere templum Dei, et post triduum reaedificare illud. Et surgens Princeps Sacerdotum ait illi: Nihil respondes ad ea, quæ isti adversum te testificantur? Jesus autem tacebat. Et Princeps Sacerdotum ait illi: Adjuro te per Deum vivum, ut dicas nobis, si tu es Christus Filius Dei. Dicit illi Jesus: Tu dixisti. Verumtamen dico vobis, a modo videbitis Filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei, et venientem in nubibus cæli. Tunc Princeps Sacerdotum scidit vestimenta sua dicens: Blasphemavit, quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiam, quid vobis videtur? At illi respondententes dixerunt: Reus est mortis. Tunc expuerunt in faciem ejus et colaphis eum ceciderunt, alii autem palmas in faciem ejus dederunt, dicentes: Prophetiza nobis, Christe, quis est, qui te percussit? Petrus vero sedebat foris in atrio, et accessit ad eum una ancilla dicens: Et tu cum Jesu Galilæo eras. At ille negavit coram omnibus, dicens: Nescio quid dicis. Exeunte autem illo januam, vidit eum alia ancilla, et ait his, qui erant ibi: Et hic erat cum Jesu Nazareno. Et iterum negavit cum ju-


ramento, quia non novi hominem. Et post pusillum accesserunt qui stabant, et dixerunt Petro: Vere et tu ex illis es; nam et loquela tua manifestum te facit. Tunc coepit detestari, et jurare, quia non novisset hominem. Et continuo gallus cantavit. Et recordatus est Petrus verbi Jesu, quod dixerat: Priusquam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras flevit amare.




R. Remitte mihi, ut refrigerer,




Do mine, * Pri usquam ve ni am




ante tu um ju di ci um.



ψ. Ad te, Domine, levavi a nimam



me am; De us me us, in te



confi do, non erubescam. * Pri us.

Deinde a Sacerdote dicitur sequens Oratio recta.

ψ. Dominus vobiscum: R). Et cum spiritu tuo.


ORATIO.

OBSECRAMUS misericordiam tuam, æterne omnipotens Deus, qui hominem ad imaginem tuam creare dignatus es, ut animam famuli tui, quem hodierna die rebus humanis eximi, et ad te accersiri jussisti, blande et misericorditer suscipias. Non ei dominentur umbræ mortis; nec tegat eum chaos, et caligo tenebrarum; sed exutus omnium criminum labe, in sinu Abrahæ Patriarchæ collocatus, locum lucis et refrigerii se adeptum esse gáudeat. Et cum dies iudicii advenerit, cum sanctis et electis tuis eum resuscitari jubeas; Præstante Domino nostro Jesu Christo, cui sit honor et gloria in sæcula sæculorum. R). Amen.


R). **R**e laxentur vin cula pecca torum

me o rum, * **D**um se deris in ju-


di ci o De us. ψ. **U**squequaque



la va me ab injusti ti a me-



a, et a de licto me o



mun da me: * Dum se deris etc.

Postea a Diacono sive Sacerdote legitur Evan-
gelium secundum Joannem.


IN illo tempore. Dixit Jesus Discipulis suis et turbis Judæorum: Omne, quod dat mihi Pater, ad me veniet, et eum, qui venit ad me, non ejiciam foras. Quia descendi de cælo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit me. Hæc est enim voluntas ejus, qui misit me, Patris, ut omne, quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in novissimo die. Hæc est autem voluntas Patris mei, qui misit me, ut omnis, qui videt filium et credit in eum, habeat vitam æternam. Et ego resuscitabo eum in novissimo die.

n. In manus tuas, Domine, etc. pag. 88.


Finito Responsorio, dicuntur Litanie flexis ge-
nibus, ut supra, pag. 39.




Post Litanias canitur Missa pro Defunctis, ut supra, pag. 75., qua cantata, vel si non canatur, defertur Corpus ad sepulturam, cantando Antiphonam Usque in vita mea etc. ut supra, pag. 85., cum ceteris usque ad finem; deinde sepelitur Corpus cantando Antiphonam seq.




Susci pi at te Chri stus, qui vocavit




te, et in si num A brahæ an-




ge li de du cant te.



Hæc re qui es me a in sæ culum sæ-



cu li; hic ha bitabo, quoni am præ e-



le gi e am.



Do minus mortificat, et vi vi ficat,



de du cit ad inferos, et ré du cit.

Collocato in sepulcro Cadavere, inchoatur
Antiphona: Dominus custodiat te. pag. 103.

POLYPSALMUS.

LEVAVI oculos meos ad montes, * unde veniet
auxilium mihi.

Auxilium meum a Domino, * qui fecit cælum
et terram.

Non det in commotionem pedem tuum, * neque
dormiet qui custodit te.

Ecce non dormitabit, neque dormiet * qui cu-
stodit Israel.

Dominus custodiat te, Dominus protectio tua *
super manum dexteræ tuæ.

Per diem sol non uret te, * neque luna per
noctem.

Dominus custodiat te ab omni malo, * custodiat
animam tuam Dominus.

Dominus custodiat intróitum tuum et éxítum
tuum, * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

Dominus regit me, et nihil mihi deerit, * in
loco pascuæ ibi me collocavit.

Domini est terra, et plenitudo ejus, * orbis ter-
rarum, et universi, qui habitant in eo.

Ad te, Domine, levavi animam meam, * Deus
meus in te confido, non erubescam.

In te, Domine, speravi, * non confundar in
æternum:

In tua justitia libera me, * et éripe me.

Beati quorum remissæ sunt iniquitates, * et
quorum tecta sunt peccata.

Gaudete justi in Domino, * rectos decet collau-
datio.

Beatus qui intelligit super egenum et paupe-
rem; * in die mala liberabit eum Dominus.

Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum, * ita
desiderat anima mea ad te, Deus.

Miserere mei, Deus, * secundum magnam mise-
ricordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tua-
rum, * dele iniquitatem meam.

Auditui meo dabis gaudium et lætitiã, * et
exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis, * et om-
nes iniquitates meas dele.

Deus, in nomine tuo salvum me fac, * et in
virtute tua libera me.

Miserere mei, Deus, miserere mei, * quoniam
in te confidit anima mea.

Deus misereatur nobis, et benedicat nos, *

illuminet vultum suum super nos, et miseretur nobis.

Deus, in adiutorium meum intende: * Domine, ad adjuvandum me festina.

Deus, in te speravi; Domine, * non confundar in æternum.

In tua justitia libera me, * et eripe me.

Inclina, Domine, aurem tuam et exaudi me, * quoniam egénus et pauper sum ego.

Custodi animam meam, quoniam sanctus es: * salvum fac servum tuum, Deus meus, sperantem in te.

Domine, exaudi orationem meam, * et clamor meus ad te perveniat.

De profundis clamavi ad te, Domine; * Domine, exaudi vocem meam.

Eripe me, Domine, ab homine malo, * et a viro iniquo libera me.

Domine, clamavi ad te, exaudi me; * intende voci orationis meæ, dum clamávero ad te.

Domine, exaudi orationem meam; * áuribus percipe deprecationem meam in veritate tua.

Aperíte mihi portas justitiæ, * et ingressus in eas confitebor Domino.


Hæc porta Domini; * justi ingredientur per eam.

In pace in idipsum * obdormiam et requiescam.


Fiat, Domine, misericordia tua super nos, * sicut speravimus in te.

(Omne quod dat mihi Pater ad me veniet, * et ego resuscitabo eum in novissimo die.)


Antiphona.



Dominus custo di at te ab omni ma lo :



custodi at animam tu am Do minus.



E v o v a e **pro Psal.** Levavi oculos.

✠. Dominus vobiscum: **R.** Et cum spiritu tuo.

ORATIO.

TIBI, Domine, commendamus animam famuli tui, ut defunctus sæculo tibi vivat, et quæ per fragilitatem mundanæ conversationis peccata admisit, tu venia misericordissimæ pietatis absterge. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. **R.** Amen.

✠. Requiem æternam dona ei, Domine:

R. Et lux perpetua luceat ei.

✠. Anima istius, et animæ omnium fidelium defunctorum per Dei misericordiam requiescant in pace.

R. Amen.

ORDO

AD SEPELIENDUM

SACERDOTEM, VEL CLERICUM

OMNIA peraguntur ut supra ad sepeliendos Defunctos Sæculares, pag. 89. omissa Orat. Quæsumus etc., et eo loco dicitur seq.

ORATIO.

SUSCIPE, Domine, animam famuli tui **N.** Sacerdotis (**vel** Clerici), quam de ergastulo hujus sæculi vocare dignatus es, et libera eam de locis pœnarum, ut quietis et lucis æternæ beatitudine perfruatur, et inter sanctos et electos tuos in resurrectionis gloria resuscitari mereatur: Per Dominum etc. **R.** Amen.

In Ecclesia collocato Cadavere, legitur Passio:
 Prima die etc. pag. 95., deinde canitur
R. Non timebis anima etc. ut supra pag. 75.
 et postea reliq. Pass.

Matth. c. 27. v. 4.

MANE autem facta, consilium iniêrunt omnes Principes Sacerdotum, et Seniores populi

adversus Jesum, ut eum morti traderent. Et vinctum adduxerunt eum, et tradiderunt Pontio Pilato Præsidi. Tunc videns Judas, qui eum tradidit, quod damnatus esset, poenitentia ductus retulit triginta argenteos Principibus Sacerdotum, et Senioribus, dicens: Peccavi tradens sanguinem justum. At illi dixerunt: Quid ad nos? tu videris. Et projectis argenteis in templo, recessit, et abiens laqueo se suspendit. Principes autem Sacerdotum, acceptis argenteis, dixerunt: Non licet eos mittere in Corbonam, quia pretium sanguinis est. Consilio autem inuito, emerunt ex illis agrum figuli, in sepulturam peregrinorum. Propter hoc vocatus est ager ille, Haceldama, hoc est ager sanguinis, usque in hodiernum diem. Tunc impletum est, quod dictum est per Jeremiam Prophetam dicentem: Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati, quem appretiaverunt a filiis Israel, et dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus. Jesus autem stetit ante Præsidem, et interrogavit eum Præsides, dicens: Tu es Rex Judæorum? Dicit illi Jesus: Tu dicis. Et cum accusaretur a Principibus Sacerdotum, et Senioribus, nihil respondit. Tunc dicit illi Pilatus: Non audis quanta adversum te dicunt testimonia? Et non respondit ei ad ullum verbum, ita ut miraretur Præsides


vehementer. Per diem autem solemnem consueverat Præses populo dimittere unum vinctum, quem voluissent. Habebat autem tunc vinctum insignem, qui dicebatur Barabbas. Congregatis ergo illis, dixit Pilatus: Quem vultis dimittam vobis? Barabbam, an Jesum, qui dicitur Christus? Sciebat enim, quod per invidiam tradidissent eum. Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum uxor ejus dicens: Nihil tibi, et justo illi. Multa enim passa sum hodie per visum propter eum. Principes autem Sacerdotum et Seniores persuaserunt populis, ut peterent Barabbam, Jesum vero perderent. Respondens autem Præses ait illis: Quem vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt: Barabbam. Dicit illis Pilatus: Quid igitur faciam de Jesu, qui dicitur Christus? Dicunt omnes: Crucifigatur. Ait illis Præses: Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant, dicentes: Crucifigatur. Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, accepta aqua lavit manus coram populo, dicens: Innocens ego sum a sanguine justi hujus. Vos videritis. Et respondens universus populus, dixit: Sanguis ejus super nos, et super filios nostros. Tunc dimisit illis Barabbam; Jesum autem flagellatum tradidit eis ut crucifigeretur. Tunc milites Præsidis suscipientes Jesum in Præ-

torium congregaverunt ad eam universam
cohortem, et exuentes eum, chlamydem
coccineam circumdederunt ei: et plectentes
coronam de spinis posuerunt super caput
ejus, et arundinem in dextera ejus. Et genuflexo ante eum, illudebant ei dicentes:
Ave, Rex Judæorum. Et expuentes in eum,
acceperunt arundinem, et percutiebant caput ejus. Et postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamyde, et induerunt eum vestimentis ejus, et duxerunt eum, ut crucifigerent. Exeuntes autem invenerunt hominem Cyrenæum, nomine Simonem: hunc angariaverunt, ut tolleret crucem ejus. Et venerunt in locum, qui dicitur Golgotha, quod est Calvariæ locus. Et dederunt ei vinum bibere cum felle mistum. Et cum gustasset, noluit bibere. Postquam autem crucifixerunt eum, diviserunt vestimenta ejus, sortem mittentes; ut impleretur quod dictum est per Prophetam dicentem: Diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem. Et sedentes servabant eum. Et imposuerunt super caput ejus causam ipsius scriptam: **HIC EST JESUS REX JUDÆORUM**. Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones: unus a dextris, et unus a sinistris. Prætereuntes autem blasphembant eum moventes capita sua, et dicentes: Vah qui destruis Templum Dei, et in triduo


illud reaedificas; salva te metipsum: si Filius Dei es, descende de cruce. Similiter et Principes Sacerdotum illudentes cum Scribis et Senioribus dicebant: Alios salvos fecit, se ipsum non potest salvum facere. Si Rex Israel est, descendat nunc de cruce, et credimus ei. Confidit in Deo; liberet nunc eum si vult: dixit enim, quia Filius Dei sum. Idipsum autem et latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei. A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super universam terram usque ad horam nonam. Et circa horam nonam clamavit Jesus voce magna dicens: Eli, Eli, lammasabacthani? hoc est: Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? Quidam autem illic stantes, et audientes, dicebant: Eliam vocat iste. Et continuo currens unus ex eis, acceptam spongiam implevit aceto. Et imposuit arundini, et dabat ei bibere. Ceteri vero dicebant: Sine, videamus an veniat Elias liberans eum. Jesus autem iterum clamans voce magna emisit spiritum. Et ecce velum Templi scissum est in duas partes, a summo usque deorsum; et terra mota est, et petreæ scissæ sunt; et monumenta aperta sunt, et multa corpora Sanctorum, qui dormierant, surrexerunt. Et exeuntes de monumentis post resurrectionem ejus, venerunt in sanctam Civitatem, et apparuerunt multis. Centurio autem, et

qui cum eo erant custodientes Jesum, viso terræmotu, et his, quæ fiebant, timuerunt valde, dicentes: Vere Filius Dei erat iste. Erant autem ibi mulieres multæ a longe, quæ secutæ erant Jesum a Galilæa ministrantes ei. Inter quas erat Maria Magdalene, et Maria Jacobi, et Joseph mater, et mater filiorum Zebedæi.


n. Desiderium meum etc. ut supra, pag. 68.
Post Responsorium canitur Antiphona dupla




Exter factus sum fratribus meis,



qui a ius sisti.



v. Vo ca sti me, De us; ec ce



veni o, suscipe me. E v o v a e.

PSALMUS 68.

SALVA me, Deus, * quoniam introiérunt aquæ usque ad animam meam.
Infixus sum in limo profundi, * et non est substantia.

Veni in altitudinem maris, * et tempestas demersit me.

Laboravi clamans, raucae factae sunt fauces meae; * defecerunt oculi mei, dum spero in Deo meo.

Multiplicati sunt super capillos capitis mei * qui oderunt me gratis.

Confortati sunt qui me persequuntur inimici mei injuste; * quae non rapui, tunc exsolvebam.

Deus, tu scis insipientiam meam, * et delicta mea a te non sunt abscondita.

Non erubescant in me qui te exspectant, Domine; * Domine virtutum, non revereantur super me qui quaerunt te, Deus Israel.

Quoniam propter te supportavi improperium; * operuit reverentia faciem meam.

Exter factus sum fratribus meis, * et hospes filiis matris meae.

Quoniam zelus domus tuae comedit me, * et opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.

Et operui in jejunio animam meam, * et factum est mihi in opprobrium.

Posui vestimentum meum cilicium, * et factus sum illis in parabolam.

Adversum me exercebantur qui sedebant in porta, * et in me psallebant qui bibebant vinum.

Ego vero orationem meam ad te, Domine; * tempus beneplaciti, Deus.

In multitudine misericordiae tuae exaudi me, *
in veritate salutis tuae.

Salva me a luto, ut non inhaream, * libera
me ex odientibus me et de profundo a-
quarum.

Non me demergat tempestas aquae, neque
absorbeat me profundum, * neque urgeat
super me puteus os suum.

Exaudi me, Domine, quoniam benigna est mi-
sericordia tua; * secundum multitudinem
miserationum tuarum respice in me.

Ne avertas faciem tuam a puero tuo; quoniam
tribulor, * velociter exaudi me.

Intende animae meae et libera eam; * propter
inimicos meos eripe me.

Tu enim scis improperium meum, * et con-
fusionem meam, et verecundiam meam.

In conspectu tuo sunt omnes tribulantes me; *
improperium expectavit anima mea et mi-
seriam;

Et sustinui qui simul contristaretur, et non
fuit; * et consolantem me, et non inveni.

Et dederunt in escam meam fel, * et in siti
mea potaverunt me aceto.

Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, *
et in retributionem et in scandalum.

Obscurentur oculi eorum ne videant, * et dor-
sum ipsorum semper incurva.

Effunde super eos iram tuam, * et indignatio
irae tuae apprehendat eos.

Fiat habitatio eorum deserta, * et in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet.

Quoniam quem tu percussisti, ipsi persecuti sunt; * et super dolorem vultnerum meorum addiderunt ipsi.

Appone iniquitatem super iniquitatem ipsorum, * et non intrent in tuam justitiam.

Deleantur de libro viventium, * et cum justis non scribantur.

Pauper et dolens ego sum; * et salus tua, Deus, suscepit me.

Laudabo nomen Dei cum cantico, * et magnificabo eum in laude.

Et placebit Deo super vitulum novellum, * cornua producentem et ungulas.

Videant pauperes, et latentur: * quaerite Deum, et vivet anima vestra.

Quoniam exaudivit pauperes Dominus, * et vinctos suos non annullavit.

Laudent eum caeli et terra, * mare et omnia quae in eis sunt.

Quoniam Deus salvam faciet Sion, * et aedificabuntur civitates Judae;

Et inhabitabunt ibi, et hereditabunt eam, * et semen servorum ejus possidebit eam, et qui diligunt nomen ejus, habitabunt in ea.

Repetitur Antiphona Exter factus sum, p. 111.

ψ. Dominus vobiscum : R). Et cum spiritu tuo.

Orat. Obsecramus etc. pag. 99.

R). Caligaverunt etc. pag. 71.

Evang. In illo tempore: Dixit Jesus Discipulis suis etc., pag. 100.

R). Qui suscitasti etc. pag. 76.

Litaniae Sanctorum, pag. 59.

Deinde canitur Missa, qua cantata, sive si non canitur, defertur Cadaver ad sepulturam, ordine Process. servato, cantando Antiphonas: Usque in vita mea etc. pag. 85. et seq. iisque cantatis, sepelitur cantando Antiphonas: Suscipiat te Christus, etc. pag. 101-102. Collocato in sepulc. Cadav. inchoat. Antiph. Dominus custodiat te cum Psal. Levavi oculos etc., pag. 102. usque ad vers. Dominus regit exclusive. In fine repetitur Antiphona.

ψ. Dominus vobiscum. R). Et cum spiritu tuo.

Oratio: Tibi, Domine, commendamus etc. p. 105.

Si defunctus fuerit Subdiaconus, vel Clericus inferior, post R). Non timebis etc. canatur

Antiphona dupla Redemptor meus etc. p. 86.

cum Ps. 50. Miserere mei, Deus, etc. pag. 35.

omissis. Passione Mane autem facto etc.

R). Desiderium etc., Ant. Exter factus sum


etc. ψ. Vocasti me etc. et Psal. Salva me

Deus etc.

ORDO

AD SEPELIENDOS

INFANTES INFRA SEPTENNIIUM




PAROCHUS, vel alius Sacerdos, cui spectat, in
domo Defuncti dicit:

✠. Dominus vobiscum: R̄. Et cum spiritu tuo.


ORATIO.

OMNIPOTENS et mitissime Deus, qui omnibus
parvulis renatis fonte Baptismatis, dum mi-
grant a sæculo, sine ullis eorum meritis
vitam illico largiris æternam, sicut animæ
hujus parvuli (vel parvulæ) hodie credimus
te fecisse: fac nos, quæsumus, Domine, per
intercessionem Beatæ Mariæ Virginis et
omnium Sanctorum tuorum, hic purificatis
tibi mentibus famulari, et in Paradiso cum
beatis parvulis perenniter sociari. Per Chri-
stum Dominum nostrum. R̄. Amen.


Antiphona.




Hic accipi et benedicti onem a Domino,



et misericordiam a Deo salutari suo:



quia hæc est generatio querentium



Dominum. Evovae.

PSALMUS 23.

DOMINI est terra et plenitudo ejus; * orbis terrarum et universi qui habitant in eo.

Ipse super maria fundavit eum, * et super flumina præparavit eum.

Quis ascendet in montem Domini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus et mundo corde, qui non accepit in vano animam suam, * nec juravit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a Domino, * et misericordiam a Deo salutari suo.

Hæc est generatio querentium Dominum, * querentium faciem Dei Jacob.

Tollite portas principis vestri, et elevamini, portæ æternales, * et introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? Dominus fortis et potens, * Dominus potens in prælio.

Tollite portas principis vestri, et elevamini, portæ æternales, * et introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? * Dominus virtutum,
ipse est Rex gloriæ.

Gloria Patri etc.

Repetitur Antiphona : Hic accipiet etc. p. 116.

**Eundo ad Ecclesiam dicantur Antiphonæ ut
supra, pag. 90. et seq., omissis Exaltabo te,
Domine etc., et Domine Domine etc.**

Si via longior fuerit, dicatur sequens

PSALMUS 118.

BEATI immaculati in via, * qui ambulat in
lege Domini.

Beati qui scrutantur testimonia ejus; * in toto
corde exquirunt eum.

Non enim qui operantur iniquitatem, * in viis
ejus ambulaverunt.

Tu mandasti mandata tua * custodiri nimis.
Utinam dirigantur viæ meæ * ad custodiendas
justificationes tuas!

Tunc non confundar, * in respiciendo me in
omnia mandata tua.

Confitebor tibi in directione cordis, * in eo
quod didicerim omnia judicia justitiæ tuæ.

Justificationes tuas custodiam: * non me de-
relinquas usquequaque.

Gloria Patri etc.

**In Ecclesia collocato Cadavere, dicitur Anti-
phona dupla :**

Redemptor meus, ut supra, pag. 86.

PSALMUS 112.

LAUDATE, púeri, Dominum; * laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedictum, * ex hoc nunc et usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occásum * laudate nomen Domini.

Excelsus super omnes gentes Dominus, * et super cælos gloria ejus.

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, * et humilia réspicit in cælo et in terra?

Suscitans a terra ínope, * et de stércore érigens páuperem,

Ut cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus populi sui.

Qui habitare facit stérilem in domo, * matrem filiorum lætantem.

Gloria Patri etc.

Repetitur Antiph. Redemptor meus etc. p. 86.

ŷ. Dominus vobiscum: n). Et cum spiritu tuo.

ORATIO.

PRÆSTA, quæsumus, omnipotens Deus, ut animam hujus pueri (**vel** puellæ) ab Angelis lucis susceptam, in præparata habitacula deduci facias beatorum. Per Christum Dominum etc. n). Amen.


His peractis, defertur Cadaver ad sepulturam dicendo Antiphonam et Psal. seq.

Antiphona Juvenes.


PSALMUS 150.

LAUDATE Deum etc. pag. 42.
In fine Gloria Patri etc.

Antiphona.



Juvenes et vir gines, se nes cum juni o-



ribus laudent nomen Do mini. Evovae.

✠. Dominus vobiscum: ✠. Et cum spiritu tuo.

ORATIO.

OMNIPOTENS sempiternæ Deus, sanctæ puritatis amator, qui animam hujus parvuli (**vel** parvulæ) ad cælorum regnâ hodie misericorditer vocare dignatus es, digneris etiam, Domine, ita nobiscum misericorditer agere: ut meritis tuæ sanctissimæ passionis, et intercessione Beatæ Mariæ Virginis et omnium Sanctorum tuorum, in eodem regno nos cum omnibus Sanctis et electis tuis semper facias congaudere cælestibus. Per Christum Dominum nostrum. ✠. Amen.

✠. Fidelium animæ per Dei misericordiam requiescant in pace. ✠. Amen.

SEPTEM PSALMI

POENITENTIALES

Antiphona. Ne reminiscaris.

PSALMUS 6.

DOMINE, ne in ira tua arguas me etc. pag. 13.

In fine uniuscujusque Psalmi dicitur:
Gloria Patri etc. vel Requiem æternam etc.

PSALMUS 51.

BEATI quorum remissæ sunt iniquitates, * et
quorum tecta sunt peccata.

Beatus vir cui non imputavit Dominus pec-
catum, * nec est in ore ejus dolus.

Quoniam tacui, inveteraverunt ossa mea, *
dum clamarem tota die.

Quoniam die ac nocte * gravata est super
me manus tua:

Conversus sum in ærumna, * dum configitur
mihi spina.

Delictum meum cognitum tibi feci, * et inju-
stitiam meam non abscondi.

Dixi: Eloquar adversum me injustitiam meam
Domino; * et tu remisisti impietatem cor-
dis mei.

Pro hac orabit ad te omnis sanctus * in tempore opportuno.

Verúmtamen in diluvió aquarum multarum * ad illum non approximabunt.

Tu es mihi refugium a tribulatione, * quæ circúmdedit me:

Exultatio mea, libera me * a circumdantibus me. Intellectum dabo tibi, et ínstruam te in via hac, qua gradiéris; * firmabo super te oculos meos.

Nolíte fieri sicut equus et mulus, * in quibus non est intellectus:

In freno et camo maxillas eorum constringe, * qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatorum; * sperantes autem in Domino misericordia circúmdabit.

Lætamini in Domino et exultate iusti, * et gloriámini, omnes recti corde.

PSALMUS 37.

DOMINE, ne in ira tua árguas me, * neque in furore tuo corripias me.

Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, * et confirmasti super me manum tuam.

Nec est sanitas in carne mea a vultu iræ tuæ, * et non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum.

Quoniam iniquitates meæ superposuérunt caput meum, * et sicut onus grave gravátæ sunt super me.

Computruérunt et deterioravérunt livóres mei *
a facie insipientiæ meæ.

Miseriis afflictus sum, * et curvatus sum usque
in finem valde.

Tota die contristatus ingrediébar, quoniam
anima mea completa est illusionibus, * et
non est sanitas in carne mea.

Incurvatus sum et humiliatus sum nimis; *
rugiebam a gemitu cordis mei.

Domine, ante te omne desiderium meum, *
et gemitus meus non est absconditus a te.

Cor meum conturbatum est in me, et dere-
líquit me virtus mea, * et lumen oculorum
meorum non est mecum.

Amici mei et proximi mei adversum me ap-
propriavérunt et stetérunt, * et proximi mei
a longe stetérunt.

Et vim faciebant qui quærebant animam meam;
et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt
vanitates, * et dolos tota die meditabantur.

Ego autem velut surdus non audiebam, * et
sicut mutus qui non áperit os suum.

Factus sum sicut homo non áudiens, * et non
habens in ore suo increpationes.

Quoniam in te, Domine, speravi, * tu exaudies
me, Domine, Deus meus.

Quoniam dixi: Ne aliquando insultent in me
inimici mei; * et dum commoverentur pe-
des mei, super me magna locuti sunt.

Quoniam ego ad flagella paratus sum, * et
dolor meus ante me est semper.

Quoniam iniquitatem meam ego pronuntiabo,*
et cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei vivunt, et confirmati sunt
super me; * et multiplicati sunt qui me
odérunt inique.

Qui retribuunt mala pro bonis, detrahébant
mihi, * quia subsequébar justitiam.

Ne derelinquas me, Domine, Deus meus,*
ne discésseris a me.

Intende in adjutorium meum, * Domine Deus
salutis meæ.

PSALMUS 50.

MISERERE mei Deus, etc. pag. 35.

PSALMUS 101.

DOMINE, exaudi orationem meam,* et clamor
meus ad te perveniat.

Ne avertas faciem tuam a me; * in quacum-
que die tribulor, inclína aurem tuam ad me.

In quacumque die invocávero te, * cito
exaudi me.

Quoniam defecérunt sicut fumus dies mei,*
et ossa mea sicut in frixorio confrixa sunt.

Percussus sum sicut fœnum, et áruit cor
meum, * quoniam oblítus sum manducare
panem meum.

A voce gemitus mei * adhæsit os meum car-
ni meæ.

Similis factus sum pellicano in solitudine,*
et factus sum sicut nyctícorax in domicilio.

Vigilavi, * et factus sum sicut passer singularis in ædificio.

Tota die exprobrabant me inimici mei, * et qui laudabant me, adversum me jurabant.

Quoniam cinerem sicut panem manducavi, * et potum meum cum fletu miscebam,

A facie iræ tuæ et indignationis tuæ, * quoniam extollens elisisti me.

Dies mei sicut umbra declinati sunt, * et ego velut fœnum arui.

Tu autem, Domine, in æternum manes, * et memoriale tuum in generatione et progenie.

Tu exurgens miseréberis Sion, quoniam tempus miserendi ejus, * quoniam venit tempus.

Quoniam beneplacitum habuérunt servi tui lapides ejus, * et pulveris ejus miserebuntur.

Et timebunt gentes nomen Domini, * et omnes reges terræ gloriam tuam.

Quia ædificavit Dominus Sion, * et videbitur in majestate sua.

Et respexit in orationes humilium, * et non sprexit preces eorum.

Scribantur hæc in generatione altera; * et plebs quæ creabitur, laudabit Dominum.

Quoniam prospexit ex alto sancto suo; * Dominus de cælo in terram prospexit,

Ut audiret gemitum vinculatorum; * ut solvat filios morte afflictorum;

Ut annuncietur in Sion nomen Domini, * et laus ejus in Jerusalem.

In conveniendo populos in unum * et reges
ut serviant Domino.

Et respondit illi in via virtutis suæ: * Pau-
citatem dierum meorum annuncia mihi.

Ne educas me in dimidium dierum meorum: *
in generatione et generatione anni tui.

Ab initio terram tu fundasti, Domine, * et
opera manuum tuarum sunt caeli.

Ipsi peribunt, tu autem permanes; et omnes
sicut vestimentum veterascent; * et tamquam
opertorium mutabis eos, et mutabuntur.

Tu autem idem ipse es; * et anni tui non
deficient.

Filii servorum tuorum habitabunt in ea; * et
semen ipsorum in æternum dirigetur.

PSALMUS 129.

DE profundis etc. pag. 7.

PSALMUS 142.

DOMINE, exaudi etc. pag. 45.

Antiphona. Ne reminiscaris, Domine, delicta
nostra, vel parentum nostrorum, neque vin-
dictam sumas de peccatis nostris, Domine,
Deus noster.

Litanie Sanctorum, ut supra, pag. 59.

ORATIO I.

DEUS, cui proprium est misereri semper et parcere, suscipe deprecationem nostram: et omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit, miseratio tuæ pietatis absolvat.

ORATIO II.

DEUS, qui culpa offēderis, pœnitentia placaris, preces populi tui supplicantis propitius respice: et flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur, averte.

ORATIO III.

OMNIPOTENS sempiternæ Deus, qui vivorum dominaris simul et mortuorum, omniumque misereris, quos tuos fide et opere futuros esse prænoscis, te supplices exoramus: ut, pro quibus effundere preces decrevimus, quosque vel præsens sæculum adhuc in carne retinet, vel futurum jam exutos corpore suscepit, intercedentibus omnibus Sanctis tuis, pietatis tuæ clementia, omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per Dominum nostrum Jesum Christum etc.

R). Amen.



INDICE.

U fficio dei Morti — A Vespro	pag. 3
A Mattutino	» 12
Alle Laudi	» 35
Orazioni diverse secondo l' opportunità	» 46
Messa dei Morti	» 55
Dopo la Messa, Antifone alla tomba	» 56
Litanie dei Santi	» 59
Antifone in canto a Vespro	» 61
Responsorj in canto a Mattutino, dopo le Lezioni	
del primo Notturmo	» 64
— del secondo Notturmo	» 67
— del terzo Notturmo	» 72
Antifona in canto alle Laudi — <i>Ego sum etc.</i> »	74
Messa dei Morti in canto	» 75
Salmello dopo la Lezione — <i>Qui suscitasti etc.</i> »	76
Salmello pei Sacerdoti — <i>De profundis etc.</i>	» 77
Dopo la Messa, Antifone alla tomba in canto	
<i>Usque in vita mea etc.</i>	» 83
Antifona pei Vescovi, Sacerdoti e Diaconi —	
<i>In paradisum deducant etc.</i>	» 85
Antifona dupla — <i>Redemptor meus etc.</i>	» 86
Responsorio per un Papa, o per un Vescovo, ecc.	
<i>Rogamus te, Domine etc.</i>	» 87
R). <i>In manus tuas, Domine etc.</i>	» 88
<i>Ordo ad sepeliendos Defunctos Seculares</i>	» 89
<i>Ordo ad sepeliendum Sacerdotem, vel Clericum</i> »	106
<i>Ordo ad sepeliendos Infantes infra septennium</i> »	116
<i>Septem Psalmi Penitentiales</i>	» 121



La presente Edizione è posta sotto la
salvaguardia della Legge.

Lin 45 n f.





49 $\frac{19}{46}$
1






DE

APUD

UM



(Lübeck)
EPISC.



Farbkarte #13

B.I.G.

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
Centimetres
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

